Nam p hanc occaſionem lapis offenſionis & petra ſcandali demedio
factus eſt. nobis certe nō id intendentib primum. Sequenti die
admonaſterium ſcē margarite diuertimus: atq; inde florentiam uenim9
iiij nonas. Benedictum rome reliqueramus ut infirmanti famulo
obſequeretur. Suſcepti ſumus apud monachos atq; aſcolis ac filijs nris
ineffabili gaudio & precipue recreati ſumus aſpectu gratiſſimo
& affectu mirabili fratris. Secutus ē e ueſtigio iter nrm hieronym9
acterſitus anobis: nuntiusq; item ab heremitis ſeorſum quo mul
tum orabant ut adeos ſine illo pergeremus. aptius ē ſe meum actu
ros omnia abſente illo. Tractare ſecum negotia d. b. continuo
cepimus: ne fruſtra acterſitus uideretur anobis. Viſitationes plurime
& gratiſſime fuerunt amicorum omnium: reditum nrm miro affectu
preſtolantium. Scriptum fuerat nobis dum adhuc eſſemus rome: +
exceſſus inauditus & execrabilis impuri hominis maciani abbis ſilue
munde: qui uxorem ruſtici depiens: die ſcō paraſceue decantata
ex more paſſione: redeunti deuia ruſtico cum armis occurres
perutere illum noluit. Qui inturno gladio quem ferebat manu
ictum excipiens: ſiniſtre manus pollicem abſcidit adultero. tum
clamore exorto: concurrentib plurimis inuicinum caſtrum ſe
mechus recepit: uxoremq; ruſtico ablatam florentiam abduxit.
Ubi ergo illuc uenimus acterſitus anobis conſientia prohibente
uenire abſq; aduocato noluit. qui cum amicus eet: exegit ut
illum nō detineremus. Fecimus ſatis notis eius. Vehementer digna
increpatione caſtigauimus. Purgare ſe incepit & inuertere ne
gotium totum. Inde proficiſcentes nobiſcum illum ducere uolu
imus ut penas ſceleris daret. Importunis tamen amici precibus

uicti manere permisimus. dantes illi in mandatis ut nusquam in locis
monastro publicis apparere presumeret. Reliquimus hieronymum. profectique
S. Andreę ad heremum sumus celebritate uiciana sancti romualdi inuitante. re
de Candiculis dituri prope diem ut benedictionis gratiam acciperemus. Venimus prima
mansione ad nostrum monasterium sancti andree de candiculis: sequenti die pup-
pium profecti Simonem cum comite in multam horam protraximus
impensius orantes ut iuuenem religiosi habitus quem tenebat in
uinculis reum licet: dimitteret liberum. Scripseramus ad illum
ex urbe litteras atque ex florentia hoc idem continentes. Occurrerit nobis
ut didicit aduentum nostrum: humanissimeque accepit et magno
in honore habuit: redditaque fratri sui ratione: que uellemus facturum
promisit. Exegimus uice nostro piscari uelle in flumine comitis: li-
bentissime annuit. Post longum sermonem sociaui die iam adue-
sprascente peruenimus. Postridie reginopolim mane perreximus co-
mitem in stremum uisitaturi. Occurrerit nobis ut potuit magnoque
officio nos accepit. Multis ibi uerbis ultro citroque habitis ad nostrum
monasterium fontisboni perreximus. Offendimus rem satis perturbatam
et confusam per imprudentiam eius quem preesse claustro monachorum
S. Heremum iusseramus. Contendimus ad heremum: susceptique sumus magna
fratrum nostrorum heremitarum letitia. Omnes unanimes postulaverunt
ut auctorem scandalorum hieronimum inde amouerem. Voluimus
ut hoc uotum suum scripto firmarent: supplicantes ut illuc ultra
eum redire non permitterem. Quod et fecerunt. Postularunt
item ut maurum a suo consortio repellerem, qui in fonte bono
fuerat relictus a nobis ut preesset monachis. Fecimus uotis illorum satis
quantum licuit caute. Peracta deinde solemnitate: compositisque ut-
20 Junij cunque rebus: florentiam redire instituimus ut plurima que immi-
1432. nebant negotia coram satis tractaremus. simul ut benedictionis

paperemus munus. Mouimus monasterio fontisboni .x. kl. Iulij. Vi-
sitauimus que monasterium ~~fontisbonum~~ sancti iohannis euangeliste. eaque die ad
monasterium sancte margherite perreximus. Multa cum priore contulimus
uiro prudenti et amantissimo nostri. Postridie uigilia scilicet nati- ad Angelos
uitatis sancti iohannis baptiste ad monasterium meum sancte marie de angelis ue-
nimus. Certum antequam proficisceremur monasterio fontisboni: negotium +
perditi hominis mariani subtilius indagare uoluimus: profectique
sumus ad locum ubi scelus admissum est: ibi .x. testes examina-
uimus singulatim: ut exculperemus ueritatem rei possemus. Omnes
uno ore reum maximi criminis immo multorum criminum dixerunt.
Scripsimus omnia: abbatem per litteras conuenimus ut ad diluenda
occurreret crimina. Obedire contempsit. Postea uero quam florentiam
uenimus, multorum nos ciuium precibus fatigauit. ut illi ueniam
daremus: uenire tamen ad nos numquam consensit. Conati sumus illum
capere: sed fugiens delituit. nec copia ipsius capiendi nobis facta est ulla.
Euasit interim manus meas. Renuntiatum est nobis quod et alij quidam +
monachi mei partim ferrent arma militum more: partim pro-
ditionis rei tenerentur. Indoluimus uicem meam quod inter ipsa mee
administrationis auspicia, tanta undique insurgerent que affligerent
animum meum: cum nihil fere letum occurreret: quo possem recreari.
Ex his unum qui effugerat teneri fecimus: in reliquos manum
nec dum potuimus inicere. Conuocari hieronymum iussimus co-
ram pre[sente] monachis et senioribus fratribus: breuiterque allocuti ne ultra he-
remum adire presumeret quod eum ultra nollent admittere sub com-
minatione precepimus. Interdicta illi et scribendi licentia: ne quid
scandalorum posset oriri. Grauiter ferente et multa que allegante

repreſſimus ſcriptura heremitarum. blandeq consolati admoñ
burgeñ ut petierat miſimus. Maurum q dum in abſentia nrã
fueret & nollet quieſcere: datis lris uenetias miſimus. Agitatā
diu controuerſiam int epm caſtellanum & abbatē burgeñ cum
tres contra abbem iam eſſent in romana curia late ſniē: cum rome
eramus in antiquū ſtatum reſtitui impetrauimus. delegata cura ne-
gotij ut petieramus dño card. ſci ſyxti. Inde monachum quēdā
ex ordine nrō diutius moratum cum neapoli ee audiſſemus conue-
nire lris atq adnos accerſire curauimus. Parum tam hac dilige
tia nrā profecimus: lris nris illi ut putamus forte non redditis.
Hoc ipm & de alio fecimus qui tam quentus lris nris adijt nos polli-
citus iuſſis nris omnia obtemperare. Florentie bndictione celebrata
honeſto apparatu: tractare negotia imo diutius neceſſaria cepere
cum anteceſſore nrō adorſi adhoc de conſenſu heremitarū plurimorūq
conſilio uenimus ut ſi ducentos quos fuerat pollicitus aureos daret.
ab omni reliquo debito abſolueretur. ea tam lege ut ſi quas uq
conſtare nobis poſſ illū alias hēe pecunias abſolutus pea ſūma
nō eet. Annuit ille tandem: ſi rationis calculū reddere tam uelle
pfeſſus ē primum. Dum aūt in moñ eſſemus ubi pter intentionē
nrā uſq ad auguſtum remorari nos impulit marciani ſcelus
contra quē pcedi ſolemniter neceſſe fuit. Frequentes adnos amicorū
conuentus fiere: ipſiq amicos aliquos uiſitare prerimus. Adiuimus
nrā moñ ſci felicis & ſci ſaluatoris. hortariq ſtuduimus ad bñ
uiuendum ſingulos ſeorſum & ſimul omnes. Monaſteria itē
adiuimus monialiū querceti buldronis & ſci petri de luco triduū
integrum remorati: nam accerſiti eramus eaq lris. componere
plura ſtuduimus. & gras deo fructuoſe nos laboraſſe gaudemus
multum q ſpei reportauimus. Inde florentiam regreſſi monachū

[Margin note:] Ac omnes ad commendandi uiq inspicit[illegible] concitatumus concremati quasdam repreſſimus. in moñ nro de luco.

alium militie & armis negotiis que secularibus deditum acri invectione
castigavimus. Pollicito emendationem & reditum ad meliorem frugem
pepercimus. Venit ad nos abbas mon(asterii) burgi s(an)c(t)i sepulchri gravique
exposita querimonia contra abbatem uicarii impetravit ut contro
versiam que inter illos agitabatur ep(iscop)o britonori & archipresbitero
loci bone uite viro cognoscendam iudicandamque permitteremus.
Initio vero priusquam romam proficisceremur quidam matheo curam mon(asterii)
s(an)c(t)e trinitatis de monte herculis & abbatis decrepiti iam & ceci commisimus
ea lege ut si migraret ille: hic substitueretur defuncto: abbatemque ceci(?)
consolari studuimus. Hunc igitur ipsum in absentia nostra ab heremitis
abbatem confirmatum cum in crimine deprehendissemus amovimus: alio
subrogato digniore. Anno vero quo florentia proficisceremur λύπητις
ψέοκηχσ καθημ τοῦ ἡγουμένου τ ἡμετόρβαζ ~~ἄτα~~ μορῆς
ἄταραρακτουντος πρὶ χροριωτορβαζ τρίβης ἰμ. ἠχθέ αληmuς
ἄταρς κ' οἴαπη τὸ πράγμα σύγκαχυταμορσοι ἀπήλθομυς.
Movimus k(a)l(endi)s augusti: primo que die venimus ad pratum vetus: ibi I Augusti
rogati a civibus sequentem diem solemnem opidanis/ibi transegimus 1432
Venimus puppium a comite accepti comiter cum premissi sui Poppi
illum admoneremus: verba retulimus. Socium die iam advesperascente
pervenimus. Postridie reginopolim petentes mane: comiti in firmo
pedibus congressi sumus. Abeo reverenter accepti ad nemus mon(asterii)
fontisboni pervenimus: egimusque celebritatem s(an)c(t)orum martyrum
donati & ylariani precipuam loci cum totius familie gaudio. Ad
heremum inde tendentes magno fratrum obsequio suscepti sumus
et quoniam Χριχαιρεσοϊῶσ propinquabat tempus, magnam offen maior
dimus perturbationem obortam que is q(ui) ωσζωσ hoc anno suo or ΜΕΙΣΩΡ
dine futurus erat studere hieronymo illi abiecto putaretur. Ad Maior
vertit hoc ille magnisque precibus egit nobiscum ut se absolvere: multisque

32

lacrimis confessus est pusillanimitatem suam. Eum & ceteros blade
consolati: iudicem rerum omnium heremi facere aggressi sumus. Inue
nimus inmedio monasterio preterieris excitatum graue scandalum pusil
situte sacerdotis. due enim famule puelle, illo neque uel agente
uel assentiente uel non prohibente clam fugerant. Cuius rei
gratia coercitum grauiter in amouimus τὸν δεδιάκονον consolati
merentem: ne redire cupientes exciperet interdiximus consulto. Sic
enim illa petierat. Cum uero inmedio monasterio essemus literis abbatis burgen
certiores facti sumus abiectum hieronymum in aufugisse clam
ficto metu. quod a nobis coercendus esset proxime. Solliciti uero quonam su
iret: ad patriam & propinquos ac notos diuertisse didicimus. Vo
lueramus uestes illi suas mittere. utque qui ferret ad se mitteret
mandaueramus: cum id monachus ad nos profectus agere detecta
ret. Consecrationem ecclesie in heremo missarum celebratione
peregimus: & post paucos dies altaris consecratione intra cellam
que pape dicitur. & postmodum ecclesie fontis boni celebrauimus dedica-
tionem. Discessus ille hieronymi repente nuntiatus heremitas
nos terruit. Conuentus fuerat basilien concilii literis hieronymus
inclusus uti ad synodum pergeret. Nos item ut illum mitteremus
literis eque urgebamur ea res quoniam anceps: uisa est nuntianda
pontifici: ne quid illius uoluntatem quippiam fieret. Scripsimus.
sed rescriptum nihil est nobis. Fama interim quod pontifex nullo
assensum prebuisset peruagante: diutius hesit hieronymus. Multa
nobiscum egit de potestate nostra: quod non possemus ipsi priores maiores
instituere. Responsum illi rite est. nos illorum priuilegia seruare uelle
nostra item intra minui haud quaquam tollerare. Plurimis inhanc
rem datis discessum est. Ubi uero φιλοδοξίᾳ illi aditus omnis obstructus
est: sponte proficisci ad concilium uoluit. consensu quod nostro habito profectus est.

Filodoxia
Amor glorie
ambitio

sumptibus illi necessariis pro uiatico suppeditatis. His diebus abbe silue mundę priuato substitutum in monasterii regimine camerarium nostrum. Abbatem uero monasterii caniniani fecimus generalem fratrem nostrum et comitem itineris nostri domnum dominicum cappellanum meum. Aduenit post dies ad nos generalis frater noster d. franciscus de sandellis abbas monasterii sancte marie de carceribus: aduocatus a nobis ut uenetias duceret ad monasteria prouinciarum illarum uisitanda. si nos ibi non inueniret. Profecti namque ad burgum sancti sepulchri fueramus: ubi magna omnium expectatione ingentique letitia totius plebis accepti: qui nobis obuiam extra opidi ianuam occurrerant. kalendis septembris quando annua dedicationis celebritas agitur: in nostro monasterio missarum solemnia celebrauimus: totius populi concursu. Ibi paucis diebus remorati quosdam ex monachis corripuimus publice: omnesque seorsum atque communiter hortati ad bene honesteque uiuendum bonam retulimus spem. Adiuimus et monasteria semirupta sancte caterinę et sancte margarithę bonaque monialium fama satis recreati sumus. eas blande hortati atque ut in communi uitam agerent suadentes leti discessimus. Offendimus monasterium nostrum sancti iohannis graui ere alieno oppressum: conatique sumus moderari fenus: et pignora recipere a creditoribus. idque obtinuimus. Quędam ibi constituimus honestati conuenientissima. et maxime ne in cellulis monachorum seculares aut clerici admitterentur ad dormiendum. Compositis utcumque rebus inde proficisci instituimus reditum meum mature affuturum pollicentes. Per eos dies uisitationes crebrę fuerunt ciuium qui oratione et mari amici nostri nos laudare uoluerunt. Visitauimus et gubernatores oppidi ex officio nostro: sermonem que cum illo diutius protraximus. A quo sumus humanissime accepti. Inde abeuntes comitati sunt nos ferme ad duo milia passuum quidam ex amicis nostris. Abbas uero et monachi nostri anglarium usque prosecuti sunt. Iurauerant omnes in manibus nostris obedientiam qua die ueneramus: suscepti que cum processione

Burgus s. Sepulchri

1. Iulii. 1432.

Anglari

ſolemni fueramus Anglarium item ubi propinquarum abbas cum
monachis obviam cum processione venerunt ex opidi ianuam: sicque
ad ecclesiam usque deduxerunt. Ibi ſolemnitate servata vicarium est iterum
ab abbate et monachis immanibus nostris. Eam noctem ibi egimus: indieque
accepimus abbatis negligentiam. Crimina adversus illum plurima iam
tum cum eſſemus Rome atque Burgi compimus. Ea inquirere diligenter
animus fuit. Anglario mane proficiſcentes abbas Diccianum usque
comitatus est. Illuc ex condicto ut putamus legati Caſſani nos ſtu
dioſe adierunt: egre ferentes monasterio abbatis titulum ſubtrahi: abbatemque
ipsum gravidantes. Respondimus que tempus et ratio deposcere videbantur.
Inde profecti ea die Socium advenimus. Ibi certiores facti sumus abbatem
de carceribus advenisse, verumque operiri reditum. Postridie mane pergentes
adivimus monasterium Fontisboni vi ſeptembris: ab ipso et ſociis ac religiosis gratiſſi
me accepti regeimus. Ibi continuo renuntiatum est nobis Hierony-
mum illum Puppii ſe continere atque foveri a comite amico nostro. Ea re
offenſi ſcripſimus comiti ut illum traderet nobis. Accepto responso quod
presentiam requirebat nostram ut coram tractare negotium poſſemus quod
instabat ἀρχαιρεσιῶν dies nec pergere ipſi valebamus: abbatem ipsum
et amicum nostri itineris comitem cum litteris nostris et nuntio direximus
quo ut Hieronymum ipsum traderet nobis iterato petebamus vel ſi id
diſpliceret, ſue ſaltem ditionis ſolo illi interdiceret. Acceptis hu-
maniter nuntiis nostris primum illud exequi renuit, dicens nolle ſe contra fidem
ſuam quicquam agere. Dediſſe illi conductum, atque ideo tradere illum nequaquam
poſſe. Repulſi prima postulatione, ut ſaltem quod ſecundo loco petebatur
annueret instabant legati nostri. Gravate primum annuit. Dein Hiero-
nymum ipsum qui intra palatium ſervabatur diutius allocutus: atque cum illo
una rediens: preſentibus illis legatis inhibuit: ſi rebellis eſſet nostre interri-
torio ſuo remorari. Adhuc negare ille, ſe huiusce criminis reum. Tum
constanter abbas alloquitur comitem non ita inter ſe conveniſſe aſſeverans
illum non eſſe ſententie ſue optimum iudicem. Quid multa: comes in ſententia perſtitit.

Margin notes: Diccianum — Fontebono — 6. 7bris 1432

atq; ita discessum e cum ille reo nro interdicere suo territorio no
luit. Relatus hic nuntius nos immodice contristavit. q indigna nra
amicitia tantus vir perpetrasse videretur. Dehinc offitia instituere
in heremo atq; in fonte bono cepimus ex more xiiij septembris.
Magna ex propinquitate hieronymi contentio inter heremitas orta vide
batur, q is qui eligendus erat maior hieronymo studere videretur
Tandem compositis et pacatis omnibus offitiis q in vinculis ut solene e
ad mon ea ipa die redivimus, offitia itidem dispositur. His rite
pactis de consilio et consensu omnium florentiam pergere instituimus
ut machinationibus hieronymi possemus occurrere, q scripsisse tras
conductum q postulasse imo et impetrasse ferebatur. Hortati fa
miliam die nona discessimus comite nri itineris abbe memorato.
Sane ante q proficisceremur no obmisimus qn comiti scriberemus
plenas iustissime querimonie tras. Venimus ad pratum vetus
ibi q visitato mon, post prandium adhibito notario collationes tres
exegimus, mon sci michaelis de castro britonum, prope bononiam q
ditissime ab ordine subductum fratribus gaudentibus cessat et modo
post obitum omnium ab uno solo superstite sub pactione pecunie annue
fratribus sce brigide consignabatur: domno damiano contulimus ut
esset q curam monii atq ordinis ageret. Mon item sce xpine de tri
visio cuidam q se pro abbatissa gerebat: abbe ipo consulente: et
mon sci michaelis de lemo socio itineris sui puero satis vir con
tulimus. Ipa die ad mon sce margarithe, ac postridie florentiam
hora nona pervenimus: in vigilia scorum martyrum prothi et hiacynthi Florentia de Angelos
quorum corpora inclita nri monii nro studio condita sunt.
Ipam celebritatem egimus cum fratribus nris, a quibus comiter accepti fue
ramus. Litteras dehinc a summo civitatis magistratu cum gra impe
travimus, quibus iuberetur dibus ut favere nobis sed rebelles omnes

nros maturarent. Multa temptata sunt ut fundum nrum camertinu
uendere et pecunias creditoribus restituere iussemus. Scriptum quippe fu-
erat nobis asie non deesse qui .ccc. aureos mutuo darent ea lege ut
tam diu fundi perciperent fructus quoad pecuniam suam illis redderemus.
Verum hec et alia potior quo conditio euanuit. Aggressi sumus magno
studio agere negotium cum d. B. dudum initum. cuius nequiquam temptati
nra instantia indignitatem egre ferebat prior sancte margarite homo nobis
amicissimus. Misimus primo abbatem nrum de carceribus qui uerbis ultro citroque
multis frustra consumptis uacuus redijt. Porreximus ipsi postmodum: hominisque
pertinaciam uerbis castigauimus: parati illum si persisteret cogere. humiliter
satis respondit, presentibus abbe ipso et ipsius monasterij patre. Demum conclusum inter
nos est ut habita heremitarum deliberatione: ipsum ab omnibus absol-
ueremus. pactamque pecuniam reciperemus. Hijs diebus orta est nobis cum
fratribus nris de nra potestate contentio: putantibus illis se amice nro per suas
exemptiones fore alienos. Consilium super ea re accipere placuit. inuentumque
est illos longe falli. Neque enim praeiudicare illorum priuilegia constitu-
tionibus ordinis et apostolicis litteris plenissimam auctoritatem generali re-
ligionis patri tribuentibus. Erat nobiscum abbas nr quem diximus/ uide-
ratque quam esset necessaria nra presentia: beniuoleque satis admonuit superse-
dendum profectioni nre ad eas partes: se paratum quando esset opus
redire et nobiscum illuc pergere. Eius beniuolentiam amplexi manere
decreuimus. Multa contulimus secundum genus et spem / nunc de religionis
totius nunc de singulorum monasteriorum statu. Eidem litteras dedimus
ut suffraganeos quoque monasteriorum uisitare possit atque corrigere. collectas quoque
nullis partibus ut exigeret iniunximus non reluctanti: sicque cum bona
nra gratia profectus litteras nras ad d. fantinum bononie gubernatorem:
sancti michaelis negotium commendantes et ad alios plurimos detulit. Vi-
sitauimus nra monasteria fecesque adhuc uiuendum quibus modis potuimus
hortati sumus. Blande priorem nri monasterij allocuti: diuturnioremque
meam preteritam moram excusauimus. Plura sepe de negotijs nris cum
illo contulimus: honorandi causa / et ut preteritae illum commotionis piget.

Neque tamen profecimus quicquam. Idem enim perseverauit post mortem quam
antea fuerat. Animaduertimus id apertis indiciis: hic ut insaniret nequaquam
necessariis. Adeo ut acrius illius ἀκρασίας καὶ τύφους exercendi animus
fuerit. Prospeximus paci iuniorum καὶ τὰς ἀνελευθέρας ὕβρεις equa-
mente tolerauimus: acturi de illo quod dominus inspirare dignabitur.
Conclusimus tandem negotium d. b. pacifice pecunias quoque recepimus
absoluentes illum ab administratione omni plene. His diebus marianus
ille decano nobis ſpmo fuit roma rediens litteras a cardinali ursino
commendatitias detulit. nec tamen ipse ad nos uenire ausus: abbate nostro patrono
media sua usus est. Eo instante ita demum illi remisimus iniuriam
carceris: si pergere uenetias atque biennium in nostro monasterio sancti mathie re-
morari uellet: acturus penitentiam. Multa pollicitus: postquam in aspectum
nostrum uenit: multis lacrimis profusis egre obtinuit ut ad monasterium uallis
castri mitteretur. Mouimus florentia ante lucem kalendis octobris: eum | i. 8bris
tandem cuiusdam necessitatis gratia uenimusque die ipsa socinum. Vidimus | 1482.
postridie examussim singula. et loca omnia diligenter inspeximus | Socina
intento ad resarcienda que male dissipata erant animo. Inde propinque | venit et
nobilissime uinee nostre uindemiam inspeximus. Atque ea ipsa die in | ad
nostram aliam contemplari perreximus: sic quoque ad nostrum monasterium fontisbonj | Vindan
die iam aduespascente peruenimus. Offendimus rem satis perturbatam
batam per absentiam nostram: et plena confusionis omnia. Illic nos a-
diit frater noster d. Iacobus prior fratrum monasterii sancte marie de angelis de bononia
omnes afferens cur augustinum monachum adulescentem in suo monasterio
locatum a nobis noluissent admittere. Visus est rationabilia prosequi: atque
ideo illum hac necessitate liberauimus: mittentes memoratum adule-
scentem ad monasterium uallis castri. Dedimus illi tres pueros monachos tribus
monasteriis nostris que sunt bononie singulis singulos assignandos. Licentiam
ante discessum nostrum nostro monasterio dederamus xiiij argenti sacri libras
distrahendi animo licet ingrato et multum renitente maxime quod hoc
non per se monasterium peteret sed per interpositam personam postularet. Porci item monasterii
sancti benedicti possessiones mille florenorum uendendi tributas post discessum nostrum

p lr̄as dedimus. His diebus lr̄e a comite nobis reddite p̄ntiam req
rebant nr̄am: cum se quocunq; mallem uenturum polliceretur. ma
luimus adire illum humilitatis gr̄a. Animaduertimus ex familiari
colloquio eum non nisi bono animo & intentione pacifica hierony
mum detinuisse & eatenus detinere: ut illi p̄suaderet humilitate.
Multa in hanc rem contulimus. Faciles ad cognoscendum inuenit simo
culpam suam ille uellet agnoscere. Ibi uero nequicq̄ sudatū est.
nā monitis amici fidelis ɋsulentis acquieuit: sue illi ditionis int̄dixō
solo. Conatos se capere arte elusit: aufugit q: contextus ueste mu
liebri: lz meorum q̄ negligentia euasisse dici possit. tū profect⁹
se ad balneum contulit. commouit q: gerardum & opidanos omēs
ut ad nos legatos mitterent poscentes p̄mo ut redire liceret ad he
remum uel si id displiceret ibi in aliqua ecclīa remorari sineretur.
postremo ut uel sua ei uestimenta mitteremus. Aduenientes legati
& magna instantia postulantes ista censu conabili fregimus:
nā illi huiusce conditioni acquiescere noluimus. Admonuimus tamē si
redire uellet ad cor & ueniam postularet: nos illius admissuros
penitentiam. Postremo dn̄m orauimus ut illum uel traderet nobis
uel suo territorio emitteret. Quod beniuole q̄ p̄mum fecit. Inde
profugus & nunq̄ securus acquiescens ad sarsinatem contendit ep̄m.
Ad quem lr̄as dedimus. ut q: rebellem nr̄m & inīci ɋtumeliam no
detineret exegimus caritatis iure. Rescripsit benigne. seq; et plena
cum caritate suscepisse ignarꝰ rerum excusauit. & solo suo iam in
terdixisse signauit. Magna querimonia nobis contra p̄ore sc̄i da
miani fuerat exposita: q̄ institutus exequtor testi cuidam: male ad
ministrass& inse legata retorqueret. Conuentus itaq: lr̄is nr̄is
sese contulit ad nos: p̄spectis q: rōnibus suis iniuste calumniam passū
dep̄ndimus: rescripsimus q: honeste ɋtum licuit accusatori: & po
rem ipm̄ a nobis cum gr̄a dimisimus multis ūbis admonitū. Scrip
simus p illum lr̄as negotiū mon̄ sc̄i michaelis de castro britonū cōm
dantes. Interea uenit ad nos accersitus nr̄is lr̄is Ugolinꝰ ex abbas

(margin: Rō de Gamba certy; 1432)

sci hyppoliti quem indomo parentum uiuere: ut par erat egre tu-
leramus libere se promittens nobis: & obtemperare paratus. Accepimus
gratissime hominem animatum q blanda pollicitatione dimisimus.
Per eos dies conabili nos cum euocante, licet pluuia obstaret perreximus
adburegum colling: exacto q negotio uenimus adpratum uetus.
Ibi cibo & calore recreati: q festiuitas omnium sanctorum imminet,
quarundam confessiones audiuimus, & cum Χμματης ωοσης
diutius protracto sermone: inuenimus que multum displiceret rea.
Inde postridie adcomitem nostrum profecti, multis consumptis ubis:
socium remeauimus. Dein uicinam solemnitatem acturi camal
dulum rediuimus. Eo nos adijt dionisius nr uenetijs profectus,
uisitandi gratia multas adnos lras afferens nobilium priore sci
mathie commendantes. orta erat illi cum abbe decarceribus simultas +
& aduersus illum indigna suspicio, q uices nras illis inlocas ages:
putaretur hec & illa contra mon & priorem memoratum uelle. Neque
cunctatus erat multa illi crimina obijcere: idq inlarcorum nobi-
lium auctibus. Displicuit mire tanta insolentia. eamq compescere
exnro instituto prescimus: datis adillum lris: eius stultitiam casti-
gantibus. Nobilibus item rndimus conabiter & humane. Attulerat
lras item commendantes augustinum quendam improbum adule-
scentem: q mon memorato profectus: sua & prioris intemperantias
redire illuc omnino dectenerat & ut permitteret instabat anobis
sepe passus repulsam. locatus q subinuicem induobus mon rce ne-
glexerat. Multa contulit nobiscum frater memoratus & depriore suo:
& deabbe memorato: & destatu moniorum: ac demoribus monachorum
sollicitudine q cumulatos reliquit. Petebat plurima ex persona prioris:
ex his que honesta uidebantur indulximus. Multa & demerco-
ris nri cum inter nos & nrum exorta mon, q inde ueniebat
locutus est nobiscum, eiq caute satisfacere conati sumus lris hiero-
nymi fratris admoniti, & ipsius morum non ignari. Dedimus ei lras

adaugustinum memoratum mandantes illi ut oi dilatione post-
posita se conferret adnos. Quicquid postremo postulauit indulximus
auctium q: nrã benedictione dimisimus. Interea fratres litteris certiores sti
frēs nri quanta eent aduersum nos indignatione concitati: &
maxime pr monii & duo alij: consulere iuir. consultum depotate nrã
instituimus: Clarum itaq: ipius professionis uirum d. Stephanū
bonacursium litteris monuimus ut non nrãz si iustitie cām tuendam
susciperet. Rescripto consuluit. Acri dolore cruciati sumus ãiaduerte-
tes hanc amori nrõ uicem reddi: preterea q: nris imputauimus qp
uiscera nrã uiolenter anobis sentiremus auelli. Inhanc rem sepius
scripsimus fratri, & ceteris qui nobis scripserant nrãm illorumq: me-
stitiam consolantes. Inter hec repetitis nri comitis litteris orati
ut diem locumq: constitueremus colloquij nri: puppium pro profecti
sumus. Illic abeo comiter ut solebat accepti: sarcinam graue
& pmolestam adiectam nobis ingemuimus. litteris quippe ponti-
ficis romani negotium uisitandi uallumbrosani ordinis iniunge-
batur nobis. Id negotij remouere presentibus nobis attemptatum excutere
sepius conati: securi iam acquiescebamus: nihil tale suspicantes.
Doluimus quidem eam prouinciam molestissimam nobis iniungi.
sed & comes ipse indoluit uicem nrãz. Quippe solum puppiese
mon̄ uisitandum nobis iniungi cupiebat. Cardinalis preterea
ursinus eius protector ordinis adhoc uehementius suis litteris incita-
bat. Quid plura. Arcto inloco circumuenti nec exitum reperire
ualentes rescripsimus socijs nris si uellent hyeme presenti uisitare
nos illis affuturos. Alioquin oriente uere religionis nrẽ negotia
pacturos. Per eos dies cum adnrũz mon̄ redissemus adijt nos
carissimus thommas pusinus litteris nris euocatus: & officio suo
satisfaciens. Plurima cum illo contulimus & precipue de mon̄ sc̄e
trinitatis quod cardinalis decomitibus restituere ordini inten-
derat cuius et rei cā fuerat imprimis accersitus. Monacho suo

Visitatio ordinis Vallombrosanj ipsi demandatur.

monaste

manuale nostrum quoddam prope lacum pusinum contulimus sancte
marie titulo insigne. plenumque gaudii & bone spei dimisimus
Repulimus quendam ex predicatorum ordine sui itineris comitem
volentem religionem nostram profiteri: & alium subinde aretii hoc
ipsum flagitantem. Littere plurimis ex locis allate sollicitabant animum nostrum:
cum repente mutandi tedii causa: nos contulimus socium. Advenerat
ad nos dominus Rainerius prior nobis merito carus, quem camerario
a nobis instituto necessario substituimus familie solatio & monasterii uti-
litati consulentes, curarum nostrarum socius comesque fidissimus.
Sociis biduo remorati nuntio certiores facti sumus socios nostros ad-
ventasse pupium accessumque ad se nostrum prestolari. Profecti con-
tinuo die iam ferme advesperascente pervenimus. Occurrerit nobis
comes noster ad pontem: secuti sunt illum comites nostri aliquandiu ex-
pectati sic quod simul opidum ingressi sumus. Pluribus deinde sermo-
nibus habitis cum comite nostro: datoque initio rei: pertractatisque quibus-
dam: ipse socium redii sociis intra monasterii claustra manentibus. Duo
quedam instituerant absentibus nobis: quod nequaquam approbavimus
virum consultum & notarium assumentes: absque conscientia nostra. Postridie
redivimus summo mane: adorsique post prandium visitationis officium
quinque ferme perpetuos dies transegimus: & an aliquid profecerimus
incerti sumus. Nos in palatio comitis hospitium per eos dies habuimus.
humanissime accepti iugiter. Displicuit in sociis immodicus appa-
ratus: nec continuimus quin sententiam nostram leniter tamen expliceremus.
Post examen diligentissimum: cum de instituendo ibi vicario sermo
haberetur: & hunc ille: hic alium preferret. ut mariotum nostrum ibi
dimitteremus impendio a nobis postularunt. Advenerat enim ad
nos visitandi causa: nec ipse modo verum abbas quoque noster monasterii vallis
castri. Durum quidem visum est: sed orantibus nequaquam reluctan-
dum eius consilium fuit. Itaque ut onus ipse subiret imperavimus. fecitque
satis voto nostro. Visitavimus comitem, invisimusque omne palatium, & cister-

N. a co. puppii nam ualde mirabilem ipso duce et perageunte conspeximus: multumque
ingenii ipsius elegantiam sumus admirati. Nihil enim ferme non
manibus suis transfigit. Accessit ad nos dum adhuc ibi essemus abbas noster
sancte marie de agnano: multaque contulit nobiscum de dispositione
sui monasterii: opem nostram implorans multum. Consolatum a nobis
quantum licuit dimisimus. Abeuntes e puppio comes ipse aliquandiu
comitatus est honoris gratia. Discessimus ab inuicem ea conditione
proposita ut quamprimum successorem mariotto mitterent, ne inuidie
pateret aditus: quia alienum habitus uicarium ibi constituissemus
Orarunt ut mox florentiam pergerem: quod facturum pollicitus
indutias donec arretium pergerem postulaui. Veni Socium: et in
camaldulum. Redierat ad me non uocatus ugolinus noster: causa satis
probabili inductus. Occupati paucis diebus in dispositione domus
Arretium iter accipimus: eo consilio ut arretium primo: inde castellionem:
anglarium postea burgumque peteremus. Mouimus socio .iii.
3 Xbris decembris. et ipsa die arretium uenimus pluuia nos semper comitante.
1432 Accepti humanissime a Jacobo nostro abbate paucis ibi diebus secum re
morati sumus. Quo tempore dum monasteria nostra uiseremus: comperimus
neglecta fuisse monita nostra: prelatosque et monachos non abstinuisse
a monialium uisitatione. Doluimus et hanc transgressionem acri in
uectione insectati quosdam secretius corripuimus adiectis ni
desisterent minis. Moniales nostri monasterii acrius castigauimus
inhibentes ne ultra panem abbati illi facerent, omnemque aditum
obstruere conati sumus. Non defuit qui precario posceret permitti
sibi audire confessiones monialium quarundam extra opidum
et alterius ordinis. Eius improba et importuna postulatio a nobis
seueritate congrua repulsa est. Visitauimus fratres nostros abbatem sancte flore
et monachos reliquos: et precipue hieronymum meum: federataque
disiuncta et disrupta ferme resarcire curauimus bona cum gratia abbatis
ipsius. Fratres item montis oliueti gratissime uidimus habitumque religiosis

puero bone indolis dedimus in mco mon sci clementis. Ibi dum eez
abbas sci michaelis impensius commendauit nobis iohem monachu ar-
retinum: quem dum roma rediremus ppe urbem uetere inuenera
eo proficiscentem. et ex cui ore seriem omne uite impudice acte
didicimus. Petebat memoratus abbas ut si ad nos ire uellet leniter
eum ad penitentiam susciperemus. Venientem benigne suscepimus. &
ad meliorem uitam hortati plenum bone spei dimisimus a nobis as-
signato illi termino quo rediret ad nos. Arretii dum essemus uisita-
uit nos legatus florentinorum radulfus precuc amicus nr. cui et
lras & ad pontificem & ad cardinalem ursinum dedimus petentes ab
solui uisitationis officio. Illuc uenit & iohes nr adulescens ex castel
lione. & cum eo necessaria multa tractauimus. Dum adhuc puppii
essemus adierunt nos florentinorum exactores auxiliu postulantes
Inopia nra nequicq allegata. ducentos sestarios tritici dare ta
dem pacti sumus. Hi nos arretii quoqz conuenere. eisqz memoratu
frumentum intra castellionem assignauimus. mutuo acceptu a nobe
ipso maxima ex parte. Inde profecti anglarium petebamus. Itercp
aliqdiu p plana facientes deuenimus in ascensum prerupti montis
gelu nos & niue comitante. Peruenimus anglariu die iam de
clinante in uesperam. Offendimus abbe paulo an exisse ut bu
gum peteret: qui signo admonitus cum adee nos cpiss redire
noluit. Pergebat eques puerum amasiu suu ducens, turpitudineqz
suam conspici a nobis detrectauit. Magnas ibi aduersus impudicu
hominem & infamem querimonias hausimus. Eam nocte ibi age
tes postridie uicarium sumus allocuti diutius: & de hoie neq grandis
nobis sermo fuit. iamqz puandi eum cogitatio fuit. Consilio cum
sociis itineris agitato burgu ire pparauimus. Cu propiquarem obuia
habuimus burgensem & anglariensem abbes qui deducerent nos

Angla
rium

adueniebant. His comitibus ingressi oppidum magno fauore omnium excepti sumus. Visitauimus continuo gubernatorem rogerium anti-
Burgensem quinz amicum & iur. consultum celeberrimum. A quo grate accepti
Sepulcri sermonem diutius protraximus. Vbi uero nos cognouit ex nomine, nam aspectu non norat: tum uero mirifice gauisus est. eam quod letitiam suam & gestu & uerbis facile significabat. Admonitu reuerendi. sicces hortatu adbonum muendum sumus quosdam ex his seuerius corripientes. in quos abbas ipse imprimis inuectus erat. Secundo rogerium ipum necessario uisitauimus. intentionem nostram exponentes aduersus perditum hominem crimina quod illius aperientes & necessarium postulantes auxilium. Benigne pollicitus est: & iustitiam ardenter exequi hortatus dimi-
12 Xbris. sit a se. Postridie idest xij. decembris in discessimus: abbate memoratum ducem nobiscum instituentes una cum burgense. Reli-
.1432 quimus ibi commercarium nostrum ut interim anglarium pergeret: confecto quod rerum omnium indice testes examinandos circa illum curaret. Ita & factum est. Venimus ea die ad monasterium deciani abbate ipso comitante: & multa prosequente & quodam Antonium monachum suum prosequente. Ibi magna ui precum & prece ... institit: ut eum abnuere permitterem: ... tamen quod petebat obtinuit. Sequenti die cum ob nimiam uim inundationis amnem transire absque periculo nequiremus: conscendimus propinqui castri collem asperum, ut trans commodius breuiores aquas possemus. Verum preceps torrens & saxa uoluens quo erat angustior eo periculi plus habebat in transitu. Cunctatis aliquandiu & hec atque illa nequicquam temptantibus consilium tandem fuit ad pontem regredi. breuiore quidem sed perpetuo & stricto calle. Conscendimus montis cacumen arduum: per eius dorsum fere iiij. milia passuum iter agentes

Egimus solemnitatem dñice natiuitatis in heremo nra. Ora- Ordinat

uerat nos & nuntijs & litteris abbatissa monij prati ueteris ut ce-
lebritatem in monio secum ageremus. Itaq; compositis negotijs nris
ut potuimus licuit. Florentiam enim uisitandi uallumbrosane
religionis ea re necessario compellebamur. vij. kl. Jan. conte-
dimus ad pratum uetus. Quo uix tandem die aduesperascente
peruenimus: acri uentorum ui maxime afflicti. Egimus festiui-
tatem bti Johis in ipso monº multum consolati de bono instituto
& honesto ancillarum xpi apparatu. Unam ex his secretioris
uite desiderio & studio intra breuem cellulam se continentem
& orationis ac lectionis studijs deditam: ipsius precibus uicti matre m̄
monij comitante uisitauimus: & in proposito sacreque quietis insti-
tuto confirmare curauimus: admirati nimium ipsius hanc mutationem:
& in ea benedicentes dñm. Deinde hortati omnes ad bene regulariterque
uiuendum v. kl. Jan. profecti ea die ad consuetum scē mar-
gharite hospitium uenimus. E cius tam q̃ nro monº fontisboni
moueremus: contuleramus etiam scē lucie de anchona
domno Johanni monacho uen. fris nri abbatis uallis castri: cui in
solatium dñis clementia singulari prouiderat ut eum uices
gerentem nras in monº linqueremus: securi de illius fide ac
religione singulari coniuncta prudentie. Venimus florentiam
iiij. kl. Jan. Sed antequam ingrederemur ciuitatem consilium fuit ex-
plorare patris nri sententiam uelletne ut monachum an ut
prelatum suscipere. Diuertimus ea die ad mon. sci bndcti. Ubi cer-
tiores facti ipsius uoluntatis postridie urbem introire constituimus
uisitaturi prius cardinalem rothomagensem: ac tum demum
ad mon. meum profecturi. Excepti sumus honorifice a priore & Ioannes de Angl- visita
fratribus nri monij sci benedicti: offendimusque dominum antecessoris nri
fractum ac debilitatum in suo religionis instituto. Siquidem apte

46

protestatus ē se uite austeritatem ferre non posse senē iam
atq; infirmum: multumq; se ꝯmendauit nobis. Cum bona spe
releuare studuimꝰ: pollicentes nos ubi honeste liceret illi non
defuturos. Multis tamen uerbis eum ad pseuerandum in dei ope
animare curauimꝰ. Itaq; iiij. kl ingressi ciuitatē platos nr̄i ordīs
ad nos inuitauimus: ut eis maxime comitibus cardinalē amicis
simum nobis adiremus. Roma ille clam discesserat: & preter po
tificis nutum concilium aditurus. Suscepit nos benigne & cum
bona gratia. Inde digressi ad nr̄ū mon̄ uenimus. Occurrerēt
nobis frēs nr̄i: ipeq; mon̄ pr̄ grate q̄ acceperunt. Sero cum
consueti cubiculi locum nos mutare oportere nuntiante frē pce
pissem: mon̄ prem accersiri iussi: solusq; soli omnē pteritē ꝯmo
tionis causam exposui: & quid sibi uellet hec repentina mutatio
sollicite inquisiui. Bene ille conabatr q̄ pta expostulanti redit
& ueniam postulauit. Negotium uisitationis protinus aggredi
noluimus: ꝫ paucis dieb; supsedere coacti sumus. Per eos dies
adierunt nos plerīq; plati consultaturi nobiscum quid fcō eēt
opus: in collecta indicta ppmores ciuitatis clero. Multis ultro
citroq; sniis pro ingeniorum uarietate dcīs. Hec fuit ꝯclusio
negotium maiori nuō clericoꝝ ac platoꝝ ēē tractandum. Co
uenimꝰ in mon̄ scē marie iuxta condictum. placuit q; dīb; ut
cardinalis imploraretur auxilium. Peteretur q; ad eccā mu̇ali
magratu: ut de uoluntate pontificis fieret cleri solutio: daretq;
dilatio ad nouas fruges. Ipē ea legatione functus ē: ꝫ parū
profecit ista nr̄a diligentia. ipo qdem ad omnia parato impēdē
operam & opem suam: uerum rebus ita afflictis: ut nec ipē exau
ditus sit. Alteri q; nobis a pontifice iniūcto opi p eos dies incubuīꝰ
frequentes ad nos amicoꝝ ꝯcursus fiere. Expostulare coram
mon̄ senioribꝫ libuit de modo intempantie pterite. Fecimꝰ q; sed ea
rem ptima utrinq; dcā sunt. cum eꝯgessu pr̄ mon̄ repente

resilijt. & prius commotionem blande postea corripuimus. Adhibitus est qui negotia componeret vir consultus amicissimus nobis. Opiniones de nobis falso presumptas quod quasi iura monasterii temerare vellemus publice fratres omnes allocuti resecare curavimus: quantum quoque in nobis fuit omnium corda lenivimus oratione nostra: et simul omnes et seorsum singulos ad pacis indisruptum fedus sectandum die noctuque incitantes: satisque inspirante christo profecimus. Adijt nos valumbrosanus abbas commendavit que religionem suam: nec ipse solum verum abbates quoque plurimi: et cum eo pariter et seorsum singuli quinque rem suam commendantes. Triduum ferme in medio monasterio sancti salvatoris remorati: ad pastura consueta redimimus. Litteras a duce militie florentinorum nicholao accepimus abbatem monasterii de anglario summa ope commendantes. nec ipsius modo verum aliorum quoque precibus fatigati sumus. Responsum omnibus est donabitur. Demum cum hec atque illa moliri diceretur. monasterii ipsius commodis consulentes abbate ipso ad claustrum revocato: substituimus ei digniorem. hominem scilicet optime de nobis meritum. Raineruum priorem sancte marie in balneo. Profectus ille possessionem monasterii pacificam cepit. cum postridie superveniens armata manu abrogatus ille eum inde deturbare voluit. Nihil tamen profecit. Nam ut id significatum est nobis. litteras adducem illum et ad decem virorum magistratum et a privatis civibus scribi fecimus. ipsi quoque scripsimus. admonentes eum et infamis vite hominis et honestatis sue. Rescripsit placide ac leniter: nihil quoque homini ultra auxilium impedit. homines quoque ipsum convenimus litteris: sub anathematis pena mandantes ut se intra certum diem conferret ad nos. Parere contempsit. immo ne litteras quidem accipere aut legere voluit. Certum has affigi maioris ecclesie valvis imperatum est. omnesque didicerunt quod ille fuisset pena contentus illo in malis perseverante: nec proficisci ad nos consentiente.
Vigesima ferme die posteaquam florentiam veneramus prelatos quosdam vallumbrosane religionis in monasterio sancte trinitatis adhibuimus. lectisque

XX Ianuarij 1433.

aplicis tris hortati omnes sumus ad zelum domus dei atque ad
detegenda uulnera sua ut possemus per nos remedium congruum ad
hiberi morbis singulis. Abbatem henricum eius mon[asterii] inuenimus
bonum plane uirum et uite laudabilis. Triduum ibi uisitando
et necessaria disponendo consumpsimus. Inde ad mon[asterium] s[an]c[t]i pran
tatii profecti biduum egimus. abbatem itidem boni testimonii hominem
adhortantes atque ad meliora prouocantes: ibique item compositis
rebus ad sancte uerdiane mon[asterium] quod intra muros ciuitatis est pergere
instituimus. Offendimus ibi laudabilem ordinem: uitamque commu
nem / et in sexu fragiliore obseruantiam admirandam / et pri
pnam honestatem. Exhortati eas sumus ad profectum / atque ad
perseuerantiam boni operis / et ad uirginitatis illibate ueneranda cer
tamina. Quedam ibi quoque necessario constituimus pro conserua
tione monii. Ancillas dein xpi multum sane consolati reliquimus.
Atque ad aliud extra muros mon[asterium] prexinus: ubi singularis obseruantie
regularis bonum non minus uigere quam in primo deprehendimus.
licet abbor illud deruauerat. Laudauimus deum quod preter spem
expectationemque nostram / tantum in uasis fragilioribus diuini a
moris inuenimus. hortatique ad meliora / et ad sancti certaminis perse
uerantiam animantes: non nulla item salubriter statuentes:
inde discessimus / eas multum letas et hilares dimittentes. Inde
ad s[an]c[t]i bartholomei tendentes mon[asterium] quod in pistoris est / triduum ibi com
morati sumus. pluribus indicionis de abbatis conuersatione preceptis
ad eaque discutienda necessario id temporis consumpsimus. Multis
pro illo et contra illum testimoniis acceptis: inde discessimus
ad mon[asterium] s[an]c[t]i saluii profecturi / plurima et acria quam abbatem ipsum crimi
na acceperamus / et que digna castigatione uiderentur. Accepti
primum benigne cum ex culpe nihil modeste potuissemus: indig
nitate commoti quod de nobis ita uideretur. alio itinere aggressi sumus ue

ritatem quoque extorsimus, alio incarcerem coniecto, alio sponte sua
consentiente. Cum demum in abbatem invecti acriter: ipsius proca-
citatem arguere pressimus: ipso quoque tandem confitente: et miseri-
cordiam postulante. Claustra monasterii servare iussus, nec usque pro-
gredi parere neglexit. Suspitione nimia clam diffugiens usque
civitatem introgressus non ante rediit quam accepto servum publice
potestatis ministro ne ledi posset. Redeuntem graviter monuimus: nec
prius ingredi monasterium sivimus quam socium a se dimittere polliceretur.
Ridicula prius fabula obtigerat. Quarta enim ferme hora noctis +
excitatus, cum abbate mulierem cubare audio: excitatisque sociis tam
fedo rumore commotus: cellulam illius unde patebat exitus custode
munivi, ne diffugere posset. Inde accenso cereo cellule hostium
pulso. Surrexit attonitus experrectus abbas apertoque aditu quod non
inquireremus tremens recessit. Lustratis deinde omnibus ipsoque pau-
cis admonito non inventa muliere discessum est. Obtinuerat ea
opinio et dederat suspitioni locum quod vise mulieres ea nocte
ab aliis et ante ipso essent. Cubitum deinde redivimus. Dum hec
aguntur nuntius allatus est quod nos precepto pontificis et electione
civitatis legatione fungi in Germaniam oportere signaret. Ea
res licet laboris plurimum ac difficultatis habere videretur: obsistere
tamen nequaquam ausi sumus. Simul et comparatione molestioris
rei: grate a nobis admissa est. Venerat Florentiam et abbas noster quem
in Carcium instituueramus ut nos viseret. Hyeronimum quoque fratrem monasteriumque
nostrum visitaret. Acceptus est gratissime ab omnibus, auctusque gratia mea
remeavit. Abbas insuper institutus Anglarii profectus ad nos quecumque
acciderant et que vice mea ipse egisset aperuit. Acceptisque mandatis
quid fieri vellemus abscessit. Interea quinam peregrinationis nostre
comites futuri essent cum tractari cepisset: decretum tandem est
ut Burgensis abbas do. Ugolinus, prior sancte Margarite do. Anicius,
Benedictus cognatus noster, et tres famuli nobiscum irent. Conventi

a ſummo ciuitatiſ magiſtratu honorifice accepti ſumuſ et ut nos prepa-
raremuſ ad exitum iuſſi. Eum uero fidem in nos amiciſſimi noſtri
dini canonici beniuolentiam que ſe propriam experti ſumuſ. Siquidem
ipſe ipſum pronuntioſ ſemet et ſua omnia nobiſ offerre precepit. equos
argentum pecuniam ueſteſ et cetera peregrinantibus in uſum neceſſa-
ria. Hoc ipſum et Venerandus pater meuſ abbas florentinuſ noſter in uiſitando
ſociuſ humaniſſime et liberaliter egit et coſmuſ humaniſſimuſ
ante omneſ ac laurentiuſ frater: atque alii. Intentiſ nobiſ atque ad iter
expeditiſ rumor allatuſ pontificem approbaſſe concilium baſilienſe
quod eatenuſ noluerat indicauit. Ea expectatione ſuſpenſa ci-
uitaſ uenetiaſ qui exploraret quid ipſi decernerent miſit. Itaque
ne diutiuſ magno incommodo noſtro remorari cogeremur adito ma-
giſtratu ſummo ut reuiſere noſtra liceret orauimuſ et cum beniuo-
lentia impetrauimuſ. Sollicitarat abſenteſ triſ anteceſſor noſter orans
ut ſui miſereri ne ſe desererem ut monaſterium ſancti petri decerreto confer-
rem ſibi quod monaſterio noſtro adnexum nequaquam ultra uiciſ mei erat.
Et cum a nobiſ rationabiliter hec illiuſ poſtulatio reiiceretur inſtitit
tamen ut pro illo intercederem et ſe accerſirem ad me. Id facere ne-
quaquam conſenſi ne auctor illiuſ inſtabilitatiſ iuſte reprehendi poſſem.
Ceterum hoc illiuſ arbitrio permiſi. Venit ad noſ multiſque nobiſ cum
fratribus meiſ cum quibus negotium agebatur nequicquam conſumptis re-
tunc infecta diſceſſum est. Redierat item Ugolinus noster qui ſponte
ſua ut nobiſ ſuffragia peteret peregrinatuſ erat conſignatiſque fideliter
omnibus metum remorabatur. Accepta per eos dieſ in abbatem ſancti felicis
euiſque monachoſ graui querimonia, quem ſingulatim omneſ et
errata redarguens: ut grauitatem religioſe ducerent operam monui.
Puellam item in noſtro monaſterio de bulderone habitu ſacre religionis indui
et moniales ipſaſ admonuimus neminem intromittere in monaſterium. hoc ipſum et
hilariano monacho earum cuſtodi in mandatis dantes. Is eo tempore pe-
tebatur per in plebe ſancte marie de balneo a gerardo gabaciuta

& ab opidanis omnibus. Preces petentium repulsas. qui vice sua
custodiret monasterium non facile inveniebatur. Ipse quoque profecti plusquam voluissent
expetebat. Fedus item rumor & antiquum dedecus monasterii τοῦ δρυμῶνος — Quercetii
pululauit. Perrexeram exploraturus rei seriem: sed licet suspicari
omnia cogeret infamis earum conversatio, certi tamen nihil elicere quivi.
De abbate itidem adelmi cum turpis fama ferretur. Leisque gravium — +
virorum admoniti fuissemus, eum capi ne quoque aufugeret iussimus.
Matris demum precibus illum absolutum ad nos ire maturato precepimus.
Venientem corripuimus acriter. Verum minus gravia de crimina
que vel privari mereretur vel comperimus admonitum quid fieri vellemus
dimisimus a nobis. Hieronymus item ille refuga noster postea quam contra
nos temptaverat omnia: roma rediens florentiam venit. Ibi ami-
corum precibus ut sibi parceretur obtinuit. Adiit nos denique veniam quoque
supplex postulavit. Benigne acceptus est a nobis, senasque ad vicum
monasterii de rosa ire iussus. Obtulit nobis literas commendaticias amicissimi
viri nobisque optime cogniti episcopi cerviensis, quibus ille eum ita com-
mendabat ut totum tamen permitteret arbitrio nostro: neque illum iussu
quoque pontificis subiceret ditioni. Alium hieronymum fratri nostro abbati
de agnano vehementer infestum auctoritate nostra repressimus, loco suo
stare iussum adiectis terroribus gravibus nisi acquiesceret. Legati post
dies a pontifice ad concilium missi florentiam venerant amicissimi nobis.
Eos ut erat officii nostri visitare studuimus. Multa contulimus invicem
nec tamen bone spei quicquam reportavimus: ita desperata videbantur concilii
negotia. Legatum eque visitavimus bononiam a pontifice directum, — Rastij
ubi non impetrata profectio fuerat. VIII. kl. martias sumpto prandio — 1433
monentes nostros monasterii ea die ad vicum diversorium sancte margarite perve- — Borelli
nimus die iam advesperascente. Magna inundatio effecerat ut iti-
nera et planiora transitu difficilia fierent: adeo ut cum in quendam
campum necessario divertissemus itinere obstructo aquae: mula cui insede-
ramus molli sabulo infixa penitus: vix enatare posset: idque postea quam

deſcendiſſemus. Poſtridie mon̄ ip̄o dubia tempeſtate diſceſſimuſ.
& scriberet: grecaque & nomina & uerba inoffense declinaret non sine
admiratione nostra: pueros preterea plures eadem ratione docuerat. Et si quos
forte boni ingenij animaduerterat, eos si essent pauperes educabat & in-
struebat: magnum se reputans fructum ex eorum profectu reportare.
Placuit cartusienses fratres nostros uisitare: a quibus inuitati fueramus.
Accepti ab eis affectu summo, post prandium remeauimus: nouo in-
specto monasterio quod erat euntibus preuium. Reuersum uirum illum
diutius uictorino presente nequaquam sumus allocuti. Etiam per uerba re-
tulimus nihil. Alio quoque itinere aggredi si uita comes erit instituimus.
Inde cum proficisci ante lucem pararemus: preuenit nos uictorinus
noster ipse cum socijs nosque ferme tribus milibus passuum deduxit abe-
untes, cum amouere eum amico comitatu nulla ratione possemus. Totus
illi sermo de te fuit: de probitate: de religione: de modestia: de uiris nostre
etatis illustribus. Vix tandem illum e complexu nostro lacrimantes
Verona dimisimus. Quo die ueronam hora ferme nona peruenimus. Di-
uertimus ad monasterium sancti saluatoris cui gregorius preerat uir ami-
cissimus & nobis optime cognitus. A quo accepti humanissime: cum
post refectionem, multum diei superesse uideretur, uisitare ex officio
nostro preteximus prefectum ciuitatis Marcum Iustinianum uirum a-
micitia nobis coniunctum singulari: animi religiosissimi atque piissi-
mi. Accepit nos ille inextimabili gaudio, diutiusque complexatus
atque allocutus: non aliter a se dimisit: nisi abeuntes deduceret. Obuium
habuimus & pretorem a quo itidem aliquantulum deducti, uix impe-
trauimus uti uerecundie consuleret nostre. Itaque utroque dimisso perge-
re ad monasterium sancti zenonis quod celeberrimum ferebatur constituimus. licet lon-
ge distaret. Vidimus ecclesiam amplam satis ac speciosam: reliquum
monasterium non satis concepte opinioni respondere deprehendimus. Bibliothecam
sacrorum uoluminum copiosam euoluimus. Reuersi ad monasterium quod
super athesim est, noctu requieuimus. Postridie de prefecto urbis data opera
nam ita inter nos conuenerat. ecclesie maioris bibliothecam: erat autem
celeberrima: uidimus, Plurima ibi erant uolumina mire uetustatis:

que singulatim discussimus omnia. Nihil tamen fere preter quam consue
ueramus inuenimus. Adiit nos ad ipsum sancti saluatoris monasterium abbas
quidam bone religionis uir uallumbrosanus multisque precibus ut ad se
prasiuvi postridie diuerteremus obtinuit. Nobiles plerique & stu
diosi nos uisitarunt. Ipse prefectus quamdiu ibi fuimus magnifice ha
buit nos. Legimus ibi & casu quidem: nam uenetiis dedita licet opera
uidere datum non fuerat. Isocratis orationem περὶ βασιλείας: a ber
nardo iustiniano illustri adulescente ex greco conuersam, maximeque
sumus admirati pueri ferme ingenium, nobiscumque hoc uolumen.
Visitauimus preterea ipsius monasterii, & que de illo fama uulgauerat
uera deprehendimus. Nanque custos huius iuuenem ingenii non mali
a quo scriptam orationem acceperamus. Continenter tamen uixisse aliquot
annos, & eatenus uiuere asseueranti nequaquam fidem derogare ne
quiuimus. Itaque admonitum ut deinceps caueret laqueum & bene polli
centem dimittere statuimus. Inuaserat ibi clementem mei itineris
comitem lateris dolor: acriterque uexabatur: cum tertia die camaldu
lini monasterium uisitare decreuimus. Priorem ipsius monasterii in monasterio carcerum
liqueramus monachumque illic solum inuenimus. Placuit monasterii
ipsius situs mirifice: licet edificia diruta displicerent. Monachum exa
minauimus, magnamque omnium rerum inopiam offendimus. Ex
hortati hominem ad bene uiuendum, ea ipsa die ueronam reuersi sumus.
Inde postridie profecturi: uisitare denuo institimus amicissimum
nostrum M. Iustinianum. Cum quo diutius collocuti ad aretium non
aliter quam ipso comite redire potuimus. Est enim ipsa ecclesia conditum
beati gualfardi corpus cuius uitam & miracula ibi legeramus. Igitur
eatenus eius rei preceptum ad sepulchrum sancti uiri deduximus
uitamque illius ei ex parte legimus. Pilleolumque suum: nam seruabatur
intra sacrarium illi ostendimus. Posito genu ipsum capiti suo imponi
uir nobilissimus postulauit: fecimus satis uotis eius: a nobisque di
misimus. Consilium fuit quoniam uincentiam eramus profecturi: ne cle
mentem frangeret equitatio: ipsum uerone relinquere: nam secuturus una

60 bis

cum benedicto cognato nr̃o atq; ad mon̄ uangaditie profecturum

Vicentia Itaq; xxviij. Julij mane ſummo uerona mouentes uincentiam recto
itinere petebamus ad mon̄ ſci uiti ueſpe uenimus. Preerat
illi dominus marcus uenetus de quo nos cum adhuc uenetijs eẽ
indigna plurima comperamus. Inuenimus illum obuoluto capite
febrem ſiue patientẽ uere quod tunc putauimus. ſiue ſimulantẽ
quod poſtea rei exitus docuit. Plurima contra illum a ſecularibus
obiecta, eiſq; ſuo mon° obnoxijs: his que uenetijs acceperamus ut fidẽ
haberemus effecerunt. Sz res plena difficultatis nequid tunc decẽnere
poſſemus obſtabat. Simulata infirmitas: mon̄ij ipi° res admo tenuis:
bonz caritas. Neq; enim quem abrogato ſubrogaremus facile occu
rebat. Satiſfecimus delatoribus q̃tum licuit. bono ãio ee iubentes: reoſq;
probabiles delationis n̄re afferentes. Ingreſſi opidum epm uiſitatũ
preximus. Accepti comiter ſmone de concilij rebus protraximus diu.
ualeq; illi facientes obuium habuimus hoiem ſtudioſum nobis optime
cognitum. Reuerſos ad mon̄ ueſpe adijt gregorius n̄r uincentinus,
illuſtris adoleſcens florentie ſuperiori tpr̃ cum fantino remoratus.
functus q; nobis aliq̃diu exceptoris offõ cum chryſoſtomi quedam
quereremus ex greco. Amplexi gratiſſime iuuenem obſuantiſſimũ
n̄ri, ex eo primum didicimus fantinum n̄rũ ea illuc die aduenisse,
atq; extra urbem in agello remorari: multũ orante ut illũ uiſeremus.
Hoc q; in alia intenderamus aiũ: nuntius q; allatus q; baſileam
nos ire florentinorũ magiſtratus decreuiſſe: epi uincentini fuerat aſſ
tione firmatus, remorari diutius paſſi non ſumus. Pleriq; nõe
adiere nobiliũ et eruditorum cum aduentum n̄rũ comperiſſent. barbari
n̄ra ſmonis breuis: q̃tumq; permittebat hora: nam declinabat in ueſpam:
humaniſſime ſunt allocuti: bonaq; cum gr̃a n̄ra diſceſſerunt. Compo
ſitis ibi modice rebus: mane ſummo proficiſci conſtituimus. Placuit
mirifice uincentinus ager. qua maxime uerona petebatur. Uite
enim atq; olea: pingui q; ſolo & leniter accliuis collibus, aeris q; tepore
preter reliquas regiones amenius ẽ. Uidimus & mon̄ proximũ ſci
marci cui preerat. dudum religionis n̄re monachus. Sz &.

intra urbem inspexeramus mon. praedicatorum bibliothecam quam evolue-
ramus. Aderat nobiscum gregorius por. Itaque conducto homine qui
nos ad mon. carcerum duceret breviore via. viae aggressi ante lucem, de-
via secuti sumus. pimpitiam ductoris nostri: marco ipso uincentino
pore comitante: qui pridie decubabat lectulo. ceterosque preeunte. Ve-
nimus ad ipsum mon. hora ferme nona. Illic die ipsa quiescentes: cum
et abbas ipse vera de quae de profectione nostra afferebantur assereret.
properare adhuc magis institui. Itaque postridie abbati valefacientes
ad mon. de uangadicia gregorio duce perreximus. Offendimus illic ben-
dictum et clementem nostri itineris socios. verona profectos nam
Illic non nihil perturbationis invenimus. quod abbas noster ut est mitis inge-
nii non prestare instrumenta videbatur. egregios quosdam a se patri.
Accessit infamis cuiusdam ex monachis lapsus. quem corripere patribus
omnibus et abbate ipso necesse fuit. Quidam ex his puerum a se ut ferebat
educatum in mon. vivacis indolis dimittere nolens induxerat ut
clam mon. abscedens domum se reciperet. Displicuit haec illius nequitia:
eamque digna insectatione uberi et carcere quoque castigare studuitus
Confirmare abbatis nostri animum curavimus. Ibique biduo exacto: co-
aliatis quoque omnibus quantum licuit: ferrariam petituri discessimus.
Magno honore et quidem maiore quam prius nos abbas noster accepat.
Proficiscentibus a se necessaria nobis duo volumina constitutionum
nostrarum reddidit. Prosecuti sunt nos philippus monachus et alius
cancellarius ipsius abbatis. et iohanes de ferro: aliquot passuum milibus.
Transvadatoque amne navi. venimus ad villam arquam. Ubi cum
angusto canali tribus ferme milibus navigandum esset. nec navis adesset quae
perferret: aliquamdiu expectavimus necessario. Et cum navicula se obtulisset
paucis vectoribus onusta. hanc ipse ascendi: sociis ut maiore navi cum
iumentis veherentur retro dimissis. Erat autem parata ut putarem
protinus secuturos. Secuti quoque contendimus ad portum: cui vocabulum
est domus silvestris. Ibi cum diutius expectaremus vehementer admi-
rari tarditatem subsequentium. et augurari multa nec aliquid adversi

ad monast. Vangadicię

contigisse incepimus: nec fuit fallax nostra suspicatio: namque uix tandem
applicantibus socijs periculum expauimus quod incurrerant. Denique dum
iumenta vij ea naui ueherentur: mula nostra siue infestantibus muscis
siue iumentis alijs imminentibus: ex alto se se in profundam aquam proiecit.
Ad quam expiscandam famulus noster strenue descendit: nauis quoque ma-
nu strenuum tenuit: alias mergende mule atque periture: nam quam proxime
cum se illa saltu uidem ex aquis in nauim reciperet: naui in alteram
partem inclinante: submersionem omnes iusto metu timuere. Eo tan-
dem & magno quidem periculo erepti socij pallentes adhuc que contigerat
mirantibus exposuere. Inde mouentes ad portum media iam die per-
Ferraria uenimus Francolino illi nomen est. Pado que transmisso Ferrariam
iam uespere uenimus. Adijt nos continuo Guarinus noster amicissimus
eoque ipso comite ac duce principis filium Leonellum adulescentulum
mitis & clari ingenij salutatum perreximus. Humanissime accepti
sermonem diutius produximus. hortati docilem iuuenem religioni
imprimis ac studijs humanitatis dare operam. Abeo uero discessimus: Gua-
rino commendato: sic enim ille petierat: Iacobum Ziliolum qui coram
aderat resalutauimus. Cenauit nobiscum Guarinus ipse. Xenia dona
a Iacobo missa cenulam honestarunt nostram. Postridie summo mane
profecti cum xvj. ferme milibus passuum processissemus & in hospitio
modice quiesceremus. Aduenit Iohannes monachus monasterij Uangadicien-
sis quem a motum litteris abbatia cui preerat: Bononiam ire iussimus. Indu-
Bononia strias postulans dum fruges colligerent. Annuimus illius uotis letumque
remisimus. Inde Bononiam profecti ea ipsa die ad monasterium sancte Marie
de angelis uenimus. ipsum quoque monasterium uisitare constituimus iiij. Kl. augusti.
Adeo uero inualuerat estus: ut summitates brachiorum ruberent miri-
fice. sensumque amitterent corium. Socium itineris nostri Benedictum
Ferrarie liqueramus: ut naui cum sarcinulis nostris nos sequeretur.
Alium item ex socijs Ugolinum cum Fauentiam ire se uelle significaret
dimisimus libere: ut nos expectaret: iniussus quoque non rediret illi in
mandatis dantes. Subsecutus est nos triduo ferme quam illo aduenerat
Benedictus eger: febris enim eum pulsabat: forte quod uehiculo aliquot milibus

fuisset adductus

fuisse adductus: fractusque immodica agitatione esset. Languor eius
xx. ferme dies nos occupavit: conducto medico qui illius haberet curam:
Per eos dies crebri fuerunt ad nos conventus amicorum: sed et monasterium nostrum
sancte xpine crebro visitavimus. Impetravit a nobis monasterii mater. ut monasteria
viseremus sibi subdita duo sancti andree. et sancte xpine. octavo extra
urbem lapide. Profecti laute suscepti sumus matre ipsa procurante
Vidimus amenissimam regionem / et sancte xpine monasterium vetustissimum con
speximus. Ibi conditum est sancte lucie virginis corpus. Eius cum vitam Miraculum dignum
legere vehementer cuperemus / nullam adesse scriptam cognovimus. Erat
hoc celebre illius vulgatum que miraculum. Adamaverat illam quippe
speciosissimam iuvenis nobilis / adibat que frequens monasterium visende eius
gratia. Nam cum esset clausa: cellula ecclesie coniuncta per fenestram sacra
missarum solemnia audire consueverat. hac iuvenis hora captata
eo adveniebat eius inspiciende tantum gratia: Id dum advertit virgo
pudicissima fenestra damnata se se intra cellule secreta continuit
patri qui in abscondito videt / placere desiderans. Iuvenis amore
ebrius / cum spem omnem eius potiunde sibi sublatam cerneret
desperatione victus / sese ad remotiores barbaras que nationes contulit.
Interea virgo felix migravit ad dominum cum iuvenis a saracenis captus
xpm negare / aut mortem oppetere cogebatur. Inclusus carceri / et
compedibus vinctus. ut solet intellectum auditui dare vexatio: re
cordatus est lucie sacratissime virginis: compunctusque corde / o / inquit
lucia virgo xpi: siquid apud deum potes / adiuva me / atque his
necessitatibus libera. In his verbis somno correptus: experrectus que prope
monasterium ferme ad iactum lapidis / vinctus compedibus: consueti signi
sonum hausit auribus. Apparuit illi pristinum virgo xpi. Et ille ad
eius aspectum admiratus: vivis ne inquit lucia. Et illa vivo
ait veram vitam. Vade et compedes istas ad sepulchrum meum
defer. deo que gratias age qui te de imminenti periculo liberavit. Paruit
ille iussis. Eas nos compedes vidimus / nec desunt qui asseverent eas
nulla unquam vi inde potuisse amoveri. Reversi monasterium sancti michaelis.
prope castrum britonum de quo super firmentio vidimus desolatum et

destitutum. Inde bononiam reversi perturbatam civitatem intestina
seditione dephendimus. Multa his diebus tractata cum amicis &
religionis nostre hominibus. Procuraverat miro studio augustinus
quem habitum mutasse prediximus, ut redire ad ordinem liceret. Id sibi
omnino denegatum ubi intellexit proposito destitit. Illuc se ad nos re-
tulit cum aliquandiu propter spem remoraremur. Rodulfus socius noster. Ei
adventus ingrate acceptus toleratur tamen. Vidimus per eos dies de-
nuo bibliothecam predicatorum refertissimam voluminibus sacris. Ibi
preter notiora volumen invenimus: ubi gesta conciliorum veterum
descripta erant. Et inprimis calcedonensis synodi, actiones di-
stincte: pulcherrimis & antiquissimis literis. In eo volumine erant
libri nisi fallor XV. facundi cuiusdam de ipsius concilii gestis: contra
detrahentes: pleni facundia & eruditione: ut nomini illius re-
spondere plane viderentur. Vidimus pleraque civitatis monasteria. bi-
bliothecas quoque evertimus: sed nihil peregrinum preterea offendimus
Admirari libuit stephani porcii pretoris sapientiam, que in civili tumultu
maxime enituerat. Nam cum armata utraque factio forum & plateam
occupasset: ipse nec dum plene morbo quo pluris iam dies tenebatur
relevatus: sese medium ingessit: nec prius destitit oratione sua animos
concitatos mulcens: quam arma deponerent. Visitavimus illum ex
officio nostro: eiusque germanum illustrem adulescentulum marianum
cuius tanta est indolis gratia: ut XVI etatis annum agens oraverit pu-
blice, in ceterisque rebus strenue impleverit. Qui dum licuit nos certe
numquam deseruit, munifice observans nostra omnia. Sigilla erea duo mire
artis & vetustatis dono dare voluit, sed ut [illegible] est admit-
tere noluimus & gratias egimus. Ancillas Christi sepe vidimus & coram
exposuimus, filie nostre, causas doloris mei precipui. Sic illa satisfecit
nobis ut suspicio nulla remaneret. Adhortati & omnes simul &
seorsum singulas, idque sepius pleni bone spei inde semper abscessimus.
Per eos dies pleraque nos & nobiles & religiosi ac studiosi adierunt.
& officiosissime salutarunt. Animus fuit monasterium nonantulense visere:

xx. fere passuum milibus remotum, mariano meo comite. sed abbatis
siue imprudentia siue imperitia obstitit: assentiens nulla ibi esse uolumina
cum plurima mire uetustatis illic puluere et situ iacere demersa: ex
auctoribus certis comperissemus. Vigesima fere posteaquam illuc aduene
ramus die, obuium habuimus iuuenem religiosi habitus, qui nobis litteras
a lucensibus dominis et a hieronimo germano meo redderet. Postulabant
illi ut monasterio cantiniani: cui uenerabilem socium itineris nostri dominicum prefeceramus
secularem sacerdotem bone uite ut aiebant: quod sibi esset carus ac fidus
abbatem daremus: quod florentinum omnino habere nollent. Renabitur et
nuntio, nam aptius ille longe quam littere lucensium intentionem exposuit:
et litteris ipsis a nobis obuiatum est. Esse in religione nostra complures
ydoneos ex alio quam florentinorum solo, qui possent ad id commodius et hone
stius assumi. Fieri namque contra honestatem constitutionum nostrarum
iurisque communis: si sacerdos secularis repente assumatur abbas. Ad
hec electum a nobis florentinum non esse. Ea ratione nostra nihil motus
ille instantia perstitit. Ea tandem conclusio fuit nos breui affuturos
eamque rem coram melius quam absentes acturos. Fratris littere presentiam ma
xime requirebant nostram nescientis eatenus ubi nam essemus. Neque enim
litteras nostras quas plures illi scripseramus acceperat. imminere ferme exi
tium rebus nostris nisi maturaremus iter. Placuit nequaquam ultra re
morari: dimissoque benedicto ad hec imbecilli nec apto adequitandum:
postridie bononia profecti sumus. florentiolam prima mansione ue
nimus. inde ad nostrum monasterium sancti petri de luco tertia diei hora peruenientes. Florentiam
Post cibi et somni modicam refectionem cum sumptis iam insedissemus
florentiam petituri. littere a filio nostro augustino allate, quibus hieronymum
fratrem graui morbo laborare significabat. animum sollicitarunt meum. atque
iter aggressi quod reliquum erat multis curis et cogitationibus macerati
peregimus. Diuertimus ad nostrum monasterium xx. et prima ferme hora. Occurrit
nobis tam prior quam omnis congregatio. magnoque gaudio accepti. quere
bamus hieronimum fratrem ipse. Is cognito nostro reditu contra infirmi
tatem nitens ocior atque anxius aduolat. atque in amplexus nostros et
oscula ruit. Scripseramus illi ex uenetiis modice expostulantes cur

aliquando inter scribendum quaedam insereret nos inconstantiae culpantia:
idque ipsius commodis prospicientes. Id quod extremis illis literis fecerat: quibus ur-
gebat ad reditum. Sed plane bono id animo affectuque mirabili faciebat
frater amantissimus atque dulcissimus: nihil enim in nobis nisi summum
nisi perfectum aut esse aut fingi posse cupiebat: cuius tunc leniter
maxillam ferientes causam tantae concitationis quaerebamus. Satisfecit
ille sermone purissimo, mitissimoque risu. Quarto fere postquam eo ad-
veneramus die novitium iacobum bonae indolis adulescentulum
a priore requisiti ad professionem admisimus. Offendimus negotia nostra
opinione se longe deterius. Itaque continuo instituimus cum amicis et sum-
mo item magistratu civitatis ne quid iura nostra violarentur. tuncque
praeter quotidianos tractatus nihil actum est. Volebant a nobis solvi in
subsidium civitatis maiorem pecuniae summam quam tenuitas facultatum
nostrarum pateretur. Multis ultro citroque verbis nequicquam consumptis
iam etiam animos in alia intenderant: quod postea rei exitus docuit. Cum
imperatorem ferrariae brevi affuturum fama esset: visum est nobis
praelatis nostris approbantibus: illum quod esset nostra religio romanorum impera-
torum beneficiis ac privilegiis aucta: ex officio nostro visitare: hierony-
mo maxime fratre ut id faceremus instante. Multum admirationis
tristitiaeque doloris cepimus: quod vicarium a nobis antequam venetias pro-
ficisceremur institutum: diutius a sedibus nostris abfuisse didicimus. questique
sumus quod per hanc ipsius absentiam nec suis nec aliorum literis vel nuntiis
nobis fuisse signatam ut prospicere possemus necessitatibus nostris:
Adiit nos prius quam inde moveremus marciotus noster. pluraque retulit quae
mestitiae adderent causas. Sic afflicti et abiecti sumpto nobiscum
volumine quod traductam a nobis chrysostomi vitam continet: dono
imperatori dandum: profecti florentia sumus. v. non. septembris.
Constitueramus marciotum qui vice nostra praesideret et heremi so-
lemnia mutaret officia. Placuit ad laurentium nostrum primo divertere
a quo accepti nulla summa cum gratia pacto prandio in-
illo quidem renitente perreximus ea die caucemū profecturi. Lu-
stratis tamen prius habitationibus singulis et salutatis omnibus ea spo-

A incomoda
multa pro
venisse domini
nostri vicarii
[illegible]
putaverimus
dolentes
propter ipsius
absentiam

sione data ut in reditu nostro biduum illic secum moraremur. Dato
itaque socio itineris qui ignaros deduceret ad proximum castrum: ea ipsa
die ut constitueramus ad caurennum pervenimus: postridie quoque bononiam.
Ibi certiores facti imperatorem non prius quam post quartum diem ferra-
riam ingressurum eum diem expectare decrevimus ut impendio
parceremus. Egimus festivitatem nativitatis beate marie in mo-
nasterio sancte christine: ubi animos omnium in sancto instituto confirmare
curavimus. Prius autem quam florentia proficisceremur. accepto nuntio
quod abbas monasterii sancti petri decotis diem obiisset. convenimus priorem sancte mar-
gharite ut eum ibi preficeremus abbatem. Verum renuente illo do-
num dominicum socium nostrum mature constituimus: ut periculis occurre-
remus. Instabant enim nobiles quidam et inprimis rodulfus prenuci
defuncti abbatis frater ut nepoti suo puero adhuc traderetur. iam quoque in
romam scripserat: adventus ut fatebatur nostri eatenus ignarus.
Cuius nos cum fregissemus conatus commendabiliter obviantes: quod abbas iam
esset illic institutus: nec ulla ratione liceret servata dignitate nostra id per-
mittere ut preficeretur puer scolaris: polliceremur quoque si puerum nobis
traderet imbuendum fore ut suo tempore amicitie quoque rationem habuisse in-
veniremur: avertit se ab instituto curriculo et favere pollicitus electo
abbati per omnia discessit a nobis. Et quoniam proficisci nos illuc nequaquam
poteramus negotiis aliis intenti. placuit mittere abbatem sancti zenonis
una cum priore memorato et abbate electo qui electionem monachorum
a qua se ipsi sua temeritate privassent/ qui contra instituta nobis
absentibus eligere unum ex numero suo constituissent. subdole impedirent.
et huic possessionem monasterii pacificam vice nostra darent. Obsistentibus
aliquandiu monachis adductis. Mira enim stultitia id negotium impedire co-
nati sunt. et nostram eludere auctoritatem quesierunt. Itaque ut flore-
ntiam quoque consultandi gratia mitterent. Verum ubi nuntiis et litteris absentes et
verbis presentes coerciti sunt: sana tandem mente recepta sese
nobis permittentes eum ipsum eligere quem prefeceramus. Itaque per-
actis omnibus cum illi redissent. secretius abbatem sancti zenonis arguimus
quod monasterium de buldrone postquam electus a nobis fuerat/ plus quam semel adiisset:

pernoctassetque ibi. Hec atque illa allegantem admonuimus graviter: et ne ad illud vel aliud monasterium ultra iret interdiximus. Libere pollicitus est se obsecuturum. Iusseramus abbatem ipsum inquisiturum veritatem rei: eaque simplici abbatisse confessione licet negasset primo: postea tamen expresseramus. Non pepercimus quin custodem quoque monasterii graviter insectaremur, quod neglexisset parere monitis nostris. Abeunti a nobis verbo primum: post autem et scripto vices nostras iniunximus: ut lucam se transferret cum litteris nostris ad consules civitatis: negotiumque cantinianensis monasterii prosequeretur conditionibus hiis que prescripte a nobis: ut videlicet curaret preponere quosdam a nobis denotatos. Quod si illi non cederent: ingrederetur depa sacerdotis: et siquidem honeste vite etatisque legitime deprehendisset: tradito sibi primum religionis habitu: admissoque ad professionem monasterium traderet gubernandum. Bononia movimus comitantibus fratribus nostris prioribus camaldulini: sancti damiani: et sancte marie de angelis

Ferrarien[...] et ad Imperatorem

x. septembris: vesperaque pervenimus ferrariam: dimidia ferme hora postquam imperator advenerat. Ea ipsa die adiit nos guarinus noster cum plerisque de suo ludo studiosis. Conati sumus alloqui amicos et ugucionem imprimis, qui secundo loco post principem erat. Sed ipsa die non licuit. Sequenti die domum illius adivimus, causas adventus nostri exponentes. Et ut ipse captaret horam qua regem alloqui possemus commodius orantes. Benigne acceptis pollicitus est facturum omnia, ut voti nostri compotes essemus. Brunorium virum magnificum: et quo apud cesarem nullus plus posset alloquuti ugucione agente, eo ipso duce imperatorem adivimus, humaniterque accepti, cum diutius eum alloquendi copiam: legati venetorum qui eodem fere momento supervenerant ademissent: ipso nobis rege benigne innuente ut rediremus, velle enim nobiscum colloqui discessimus, postridie mane redituri. Vidimus maiorem ecclesiam: ubi amicum veterem invenimus modulandi peritissimum de foro livii. a quo et aliis plerisque ad meum hospitium deducti episcopum quoque meum signiensem ad nos invisendos properantem sum amplexi. Mane summo profecti ad palatium cum pro foribus imperatoris prestolaremur exitum, admissi intus gratissime accepti sumus. Et

post salutationis verba solemnia causam adventus nostri exposuimus. Nos
scilicet visitandi tantum gratia venisse Florentiam: propterea id non indignos esse qui
audiremur. Adiecimus religionis nostre primordia sub imperatorum semper tu-
tela fuisse, cuius rei apta essent inditia privilegia latissima nobis indul-
ta, tum a ceteris augustis, tum imprimis a bipius (?) principe pie et auguste me-
morie Carolo. Productum quoque privilegium illi in conspectum dedimus.
Acceptum ille in manibus sua sponte se confirmare velle asseveravit.
et cancellario adstanti tradidit. Addidimus nos ex debito officii nostri
auctorem fautoremque nostrum in Italia positum visitasse: quem et
in remotioribus constitutum visitare debuimus. Et cum solemne esset
munera offerri patronis, nos ex instituto nostro inopes quibus nec aurum
esset nec argentum munusculum congruum et religioni nostre et pietati
sue, vitam scilicet Chrysostomi a nobis ex greco traductam attulisse.
prolatumque libellum ipsius imposuimus manibus: orantes ut hunc benig(ne)
susciperet: quodque sponte fuerat pollicitus exhiberet, patrisque confir-
maret gratis privilegia. Ista ferme orationis capita fuere, quam postea
scriptam cum legisset, apud filia nostra, sibi detinuit. Accepit munuscu-
lum grato animo: humanissimus princeps: clementerque allocutos diutius a se
bona cum gratia dimisit, multum exhortatus ut ad concilium quo ipse
tendebat vel mitteremus, vel certe ipsi pergeremus. Prosecuti principem
sumus euntem ad ecclesiam, ubique missarum solemnia secum audivimus.
Ipsa die reversi ad palatium, imperatorem ut vale illi faceremus opta-
vimus alloqui. Albertum protonotarium ex nobili familia civitatis nostre
amicissimum nostrum, et alium item protonotarium cardinalis vestri
salutavimus: negotiumque nostrum conficiendum Leonardo Florentino
cubiculario regis commendavimus. Et cum obstarent plurima, ne
quod cupiebamus efficere in presentiarum possemus, decrevimus die se-
quenti inde proficisci, ut redimeremus tempus, et impense parceremus.
Itaque xii mensis proficisci paravimus. Iam ascenderamus equos, cum
scelus rumor aures perculit nostras. Cosmum scilicet nostrum Florentia ex- N. Cosmi
torrem agi edicto publico: Monstro simile id visum, cum ante pro- fortuna et
fectionem nostram ipsum et in palatio dominis congredi familiarissime vidissemus exilium

70 bis

Bonon iam

& ex laurentio nro nihil eiuſmodi percepiſſemus. Bononiam itaqȝ co
tendere maturato curauimus, ut ueritatem certius indagare poſſem9.
Diuertimus itaqȝ ad mon̄ nrum ſci damiani: ibiqȝ iohe corbizo ciue
nro aduocato uera eſſe que fuerant allata cognouim9. nȝ de coſmo ſolū
ſ3 de laurentio qȝ ſic̄ ita fuiſſe decretum accepimus: niſi q coſmus
triennium. laurentius annum exulabat. Concidim9 aīo non tantum
amiciſſimoꝝ hoīum cauȝ lȝ is multum urgeret: q̄tum nobiliſſime ci-
uitatis & patrie florentie occaſum mi3ati. Iā aduertebamus ueluti
ex ſpecula celſiore, uaſtitatem iminentem patrie: nȝ ut dolore temparem9.
a nobis ipis impetrare poteramus. Et qm̄ res ambigua erat hactenus
orauimus iohem memoratum ut nos redderet p ſingula certiores.
adiectum mali & terminum prorogatum ex eo ipō cognouimus.
Et qm̄ laurentius inde tranſiturus breui ſpabatur, aduentū amatiſ-
ſimi patris ſpectare preximus: ut abeuntem ſalutare & proſequi licramus
ex officō nro poſſemus. Coſmum enim detineri clauſum florentie fa-
ma erat. Itaqȝ tertio poſtq̄ eo aduēneramus die, ueſpe iam, laurenti9
appulit ſolus ferme. Adiuimus illum noctis iam incumbentib3 tenebris.
Uenientes ad ſe & de caſu ſuo merentes conſolari uir magnanim9 cep:
non ſibi ſoli: ſ3 alijs ante plurimis hoc ipm̄ accidiſſe nos admonēs:
ut bn̄ de ciuitatib3 meriti exules agerentur. Ita nos exanimatos
ferme animauit: ut deo uberes grās ageremus q illi talem inſpi-
rare animum dignatus eēt. Profeciſſe enim ex hac uexatione ſatis
& ipe fatebatur & nos facile animaduertimus. Orauit ut florētiā
pgeremus ſoci qȝ ubi cōmode poſſemus opem ferremus. Inſtituim9
& quidem pter ſnīam nrāȝ: eo enim proficiſci nequaq̄ uolueram9.
ne feda rerum facie offenderemur: neu orbatam optimis ciuib3
patriam uidere cogeremur. illius monitis obſeq: florentiam qȝ petē
continuo intendimus. Reliqueramus hieronymum nrūȝ ferme
integrum ſanum q inuenturos putabamus: cum repente nuntius
allatus maiore nos ſollicitudine cumulauit. Deterius enīȝ hrē cepit9
q̄ cum inde proficiſceremur. Biduū in nro monaſtio remorati, cū
abbem nrūȝ decarceribus baſileam iuiſſe procompto hremus: uica-
rium nrūȝ nullis ptib3 patrem nrūȝ ſci michaelis inſtituimus geſtiꝛ

in omnibus uices nostras (manu quoque propria conscriptas litteras misimus) priuatis eum litteris orantes ut laborem hunc sumere dignaretur. Et quoniam negotia confirmandi priuilegii liqueramus infecta: consilium fuit mittere Venetias fratrem nostrum priorem sancti damiani qui sollicitaret rem ipsam. Mantuam itaque mittere satius putauimus quod illic imperator uiuens communi consensu omnium diceretur. Ante uero quam ferrariam proficisceremur, allocuti Iacobum Zilolam eo suadente principem ciuitatis uisitare institueramus. Eaque ipsa die cum aliquandiu expectauissemus, eum postea in palatio sumus allocuti: filium quoque illius Leonellum: gratissime quoque accepti fueramus. Litteras itaque et ad imperatorem ipsum et ad adiutorium nostrum Iudicem scripsimus: priorem quoque dimisimus sequenti posteaquam bononiam adueneramus die. Didiceramus priorem sancti mathie contra precepta nostra egisse: tum Venetiis: tum bononie. Miserat enim qui monasterium sancte marie de angelis sequestraret fructus. Sed quoque pendente appellatione re infecta ille redierat. Litteris item monachi antonii querimoniarum plenis exercere tyrannidem in monasterio audiueramus. Moti indignitate rei scripsimus abbati nostro litteras cuius illum correctioni penitus subieceramus: ut admoneret hominem: scriberet quoque illi ne de negotio monasterii illius absque nostra permissione contra priorem ipsius monasterii aliquid agere auderet sub excommunicationis pena quam ipso incurreret facto et a qua nisi a nobis non posset absolui. Duos ex monachis prioris ipsius corripuimus eo presente in monasterio nostro sancte christine quod ludere assidue ferrentur ludos parum honestos: et inhibuimus sepius ne ad monasterium ipsum ulla ratione uenire presumeret. Ancillis quoque christi ne uenientes susciperent precepimus. Magna fuit per eos dies illarum instantia uti sibi permitteret ex more parentum adire domos. Obluctantes ad id tandem consensimus ut quotiens opus fuisset per biennium semel uel iterum, permittente cum aliis prelati licentia possent. Priori sancti damiani permisimus ut bona quedam monasterii uenundare posset. conuertenda in euidentem monasterii sui utilitatem. Abbati item nostro sancti michaelis hoc ipsum permisimus uenetiis. Confirmatis itaque ancillis christi exhortatione salutari: eisque uale facientes: xvi. septembris inde discessimus. Offendimus extra portam ciuitatis mattheum de bardis florentiam tendentem; sociumque itineris gratanter amplexi: ceptum iter prosequuti sumus. biduoque florentiam uenimus.

Florentiam

hieronymum fratrem gravior solito morbus premebat. Fuerat ei cura per
missa nostro paulo fidelissimo viro et peritissimo medico: nihil que profecto
ille unquam dimisit diligentie. Recidisse ferebatur in morbum anteriore
graviorem. Et quidem iam tunc pulsavit animum meum dira suspitio:
nec poteramus conquiescere. dum tristem rerum faciem versaremus animo.
Ferebamur varii nec tamen nisi mesta occurrebant. Exceperunt nos mo
lestie multiplices ut quo nos vertere possemus vel quietis aliquid inve
niremus omnino non esset. Salutatis fratribus nostris nam vespere pervene
ramus, mane sequentis diei consules civitatis adivimus: benigneque cum
gratia admissi, servata in nostra oratione modestia et dignitatis illorum ratione habita
nihil contra damnantes quod huiusce homines pellendos civitate statuisset.
sed affectum solummodo miserationis preferentes quod amicissimos nostros et de
re publica ut putabamus optime meritos tam tristis casus excepisset. Nec
mirari prudentiam illorum debere nos iniquissimis id hominibus pati
quod in extraneis quoque et citra familiaritatem alienis humanitatis ratione
pateremur. miserati fortune variam mutationem, ut qui paulo ante
fuissent potentissimi et opulentissimi, omnique glorie splendore con
spicui: hi subito quod gravissimum omnium atque acerbissimum est, exci
dissent patria, gloria omni ac dignitate facultateque nudati. Commendavimus
deinceps cosmum ipsum preximus orantes ut qui se totum illorum auctori
tati permisisset, impio quoque parcere vellet, eum liberum a custodie iniuria
quo detenuerant vere innocuum paterentur, consulerent glorie sue
miseriam que hominis miserarentur. nec sinerent ut per hanc eius custodiam
que plena erat curarum ac molestiarum vel intus maceraretur solli
citudine maiore vel periculum detentionis incurreret. Excusare de
mum quod profectionem ad imperatorem nostram illis non significassemus.
ea ratione quod electis iam legatis qui eo proficiscerentur, superfluum id minimeque
necessarium arbitrati essemus. Accepisse tamen ferrarie grandem ad
mirationem sublimium virorum et amicissimorum civitatis: egre ferentium
cur legatos illi ad imperatorem intra ytaliam constitutum non mitterent.
ad quem omnium civitatum concurrerent legationes. Postremo orare ut
cosmum ipsum visere et alloqui consolandi gratia permitteremur. Grate ac
cepta fuit oratio nostra benignum que responsum retulimus, nequaquam egre ferre

magẽratum ſummum: uno & cum gr͞a ſuſcipe aſſtim miſeratioṅis uře. quippe cum ip͞os quoq; uirorum miſereret: q͞n tam meliore orde ciuitaſ ita ſtatuiſſ: ferendum equanimiter. ſe ꝓ coſmi mature liberandi ſituros rõem: Profectionem adimpatorem nrãz ſi pceſſent: nobiſ quędam in iuncturos ip͞i maieſtati exponenda ciuitatiſ nomine. Iam tñ ꝯſtituiſſe qui ꝑgerent. legatione functuri. Coſmũ uõ alloq & orare quidem pmiſe. Interea dum expectamus: ꝓuatos et excuib; quoſdam amiciſ nr͞is infeſtos: nobiſ uõ amiciſſimos allocuti intra palatium: emollire illoſ animos conati ſumus / atq; ad miſericordiam flectere. Bona ex dibus uerba retulimus. Ubi uõ coſmum ip͞m uidimus ita ꝓuari: max quidem dolore ꝯmoti ſumus / & pſentem rerum faciem / & pĩtam fortunam uoluentes a͞io: Temparimus tam alacrimiſ q̃tum potuiz. Uerum tantam inillo offendimus magnitudinẽ a͞i: tantum & pte rite fortunę ſuę / totiuſ q; mundanę glorię ꝯtemptum: ut maiorẽ certe n͞o deſideraueriınus. Idem cultus: eadem oris dignitas: eadem gr͞a pſeuerabat: ut miſerari potius afflictam ciuitatem q̃ ſuaſ reputare iniuriaſ uideretur. Deniq; poſt longum nrũm ſmonem qui conſolaturi adueneramus / conſolationis plurimum cepimus. Iam q; magis miſerati ciuitatem ſumus: q͞ h͞modi homineſ tam fortes adeo magnanimos & conſtantes tantę q; inpriam pietatis amitterent. a quib; ꝓuata ſepiuſ ciuitaſ ip͞a fuiſſ. Uale itaq; illi facientes nihilo ſegnius opi cepto incubuimus. Accendebant ſtudia nr͞a amicorũ p̃ces: qui ad nos omni ex parte confluentes / miro affectu & ꝓpenſiore circa negotium nobiſ ꝯmendabant. ſe ut pote ſuſpectos factionis: ꝑiculoſiꝰ loq prodiſſ poſſe: nos rõe habitus ac religioniſ & amicitię profuturos plurimum aſſiduitate nrã. Id ip͞m & hieronymuſ ſẽ meuſ impedio poſtulabat / cuiꝰ languor uariuſ / nz unq̃ ineodem ſtatu ꝯſtans: int̃ ſpem & deſꝑationem agebat medios: ut ſine ſollicitudine & metu eſſemuſ nunq̃. Ubi uõ uenetorum legati aduenerunt: nanq; affuturos continuo ex coſmo ip͞o q; f͞ci eramuſ certioreſ: illoſ amiciſ q͞uꝰr gentibus protinus adiuimus: negotium q; q̃ta cura & diligentia licuit ꝯmendauimus / inſtructiores q; reddidimus. Gratiſſime admiſſa fuere uerba nr͞a: nanq; erant amiciſſimi: & ad negotia ꝑquo

Coſmum uiſitat in Carcerẽ

uenerant maturam executionem conducebant. Itaque plenos bone spei abse dimisere. Volumus alloqui & ramaldum albizium eqtem florentinum: nobis iustis ex causis amicum: cosmo uero ultra omnes infestum. Conspectum incuria & salutatum nosque benigne resalutantem affari datum non fuerat. Itaque captata hora profecti adillum sumus antequam se conferret adcuriam. Accepti comiter commendauimus illi quam opportunius & commodius licuit: negotium amici maturamque liberationem, ita ut intelligere plane posset quanto id affectu posceremus, ut non esset uulgaris putanda nostra commendatio. Videbamur enim uiro nostro quequel lemus deillo postulare posse. quia & ille rome usus esset opera nostra eademque diligenti iure sua: pontificemque ipsius causa cum senator esset sumus plusquam semel allocuti: negotia sua illi commendantes. Reppulit ut est ferocioris ingenii preces nostras, causasque inimicitiarum atrocium professus minime probabiles: quia metuisset ne hoc ipsum sibi cosmus faceret: illumque & sapientissimum & preter omnes quos unquam uidisset potentissimum inuidiose testatus fuisse: cuius et maiores familie sue fuissent infestissimi: postremo se auctorem totius cladis contestatus: id intulit se quod quod postulabamus & egisse & acturum pro uiribus: nam cosmum prius liberandum quam propinquius eius confines exilii sibi assignatos nuntiaretur attigisse: Tunc se auctorem futurum nostri quoque gratia ut emittatur. Fol lerabilius esse si decoqueret ille quam ciuitas. fuerat enim anobis facta mentio decoctionis. Venetos prestare si negotiis suis intenderet. Florentinos melius intelligere sua quam illos ciuitatis sue negotia: qui misissent legatos, eius eripiendi gratia. Displicuit mire amici intemperantia. et cum mollioribus uerbis mollire concitatum hominem possemus: nequicquam laborauimus. Dissimulato itaque dolore discessimus. Adierunt nos legati uenetorum ut consolarentur expectationem ac sollicitudinem nostram: spem sibi amagistratu summo datam proxime illius exceptionis consitentes. Perreximus ut uxores quoque amicissimorum hominum afflictas merentes quoque consolaremur ex officio nostro: & ut eas circa leuaremus: que gesta erant nuntiauimus. Conflata calumnia: subornati testis hominis neque effecerat ut periculo adiectum esse uideret. Adeo ut uenetis absolutionem uiri postulantibus responsum sit: iniusta

confessione delatoris infamiam inquiri primum et purgari oportere. Ei⁹ ee generis crimina ut liberationem impedirent. Non destitere legati quoad illis promissum e nihil severius ineum decernendum. Neqz pe pcere quin raynaldo hec et illa repetenti que nobis antea dixerat apte satis insinuaret se gmenta ista intelligere duci qz suo scenam oez detegere paratos. Id ex eorum postea sermone didicimus. Iam illis pa ratis ad exitum cum amici omnes trepidi hererent: nos ne re infe cta pgerent sperabamur. Sz acceptam illi amagratu fidem allegantes abire prexerunt. Scripsimus amicis quos eramus ante allocuti et rai naldo ipi negotium intente gmendantes. Responsum grate e. Perce ximus et secundo psules alloqui: negotium qz denuo gmendare. Grato rnso relevati cosmum alloqui p tacito postulavimus. Exeo certi di dicimus ταχρηματα celerioris ereptionis causam fore dolentis altius rem p. venalem: Multis verbis hinc in consumptis discessimus. cum paucis post diebus dominante quarta ferme noctis hora dimissus e. Postridie uo q profectus ille fuerat. cometes incelo visus dies multorum sollicitavit. Egimus grates deo qui et illum apto periculo et nos ppe tua cura sollicitudineqz levavit. Miraculum nos subierat qz de ne gotio lucensis mon qz inprofectione nra abbi sci Xenonis pmisam nihil accepimus. factum ne an infectum eet. Itaqz scripsimus abbi memorato: nullum qz rnsum accipientes, magis ac magis admirati sumus: ut ferme illuc ire decreverimus. n Fecis obstitisset infirmitas. Accessit ad nos peos dies abbas nr mon vallis castri quem vicarium institueramus nrum: Conquestus familiariter est nos contra illum scripsisse heremitis. Nos iuste gmotionis nre rones allegantes q nihil ille nobis de sua significasset absentia: ut proinde negotiis domus nre posset: ille in heremitas ccum interfit. Quid multa. pacifico illum a nobis emisimus pectore postulantem ut rone futuri generalis capli insuo mon celebrandi: domum redire pmitterem⁹. Expostulantes qz bonomie nos no bn visitasse dixisse ferebatur ita placavit ut diceret no eis se usu verbis: verum leniores fuisse q crimina quorundam postularent. Per sonas exgrece pgentibus sorem sci damiani assuit non fuisse puni tum pronoiata quam retinebat domi. Cuius nos obiectioni ita obvia

76

uimus: ut diceremus ante omnia: nihil nobis de eo crimine fuisse explorandum: ne sic tamen eam ibi reliquisse: immo ab eis auulsam et uiro traditam

N. de hiero. fuisse. Ita a nobis profectus est. Interea hieronimus frater amantissimus atriore morbo cepit urgeri. Adhibiti sunt cure illius et alii plerique medici paulo ipso non modo nihil renitente: uerum et approbante multum. Per eos dies tres a priore sancti matthie ad nos scripte iniuriarum plene: ut ei uix suam insipientiam responderemus effecerunt. Eas abbati meo meis inclusas litteras misimus ut eius frenaret contumaciam monentes. Uerum quid agimus? Quasi dolorem meum differre aut euitare talia narrando possimus. hec atque illa colligimus: et quasi scopulum: sequentia luctus nostri: orationis nostre fragilis cymba formidat. Quid diu moramur. Sentiebat dulcissimus frater a nobis quoque commonitus corporis se uirtute destitui

Mors Huius Hieronimi mortem nec diutius posse in uita remorari: et amore celesti, atque christiana pietate flagrans: peccata sua nobis confiteri uoluit: meisque e manibus religionis sacramenta percipere. Morem fraterno desiderio gessimus, multum affectum reluctati: magnam quoque uim ut lacrimis temperaremus inferentes nobis. Denique ipsi illum iniunximus: ipsi tunc solemnia munera cuncta peregimus. Et cum ingrauescente morbo propinquaret ad exitum: interrogatus a nobis ut sese haberet: exhilarata facie. et oculis illis puritate mirabili praeditis innuens: bene se habere respondit. cum post duas ferme horas, me adstante et animam illius, solemni prece commendante fratribus quoque presentibus et orantibus: felici sorte migrauit ad Christum tanta quiete: et eo statu corporis, ut dormienti suauiter quam mortuo similior uideretur. Flentes fratres et precipue fumores ab eo educatos: desiderium quoque illius ferre non ualentes consolari blanda exhortatione: et certatim studuimus atque admirationem uirtutis accedere. Obiit nonas octobris tertia ferme noctis hora, etatis anno XXXVI. Composito autem et ex more prelato cadauere, psalmi usque dum sepulture traderetur numquam defuere: uicissim sibi succedentibus fratribus. Mira in facie gratia: mira dignitas perdurabat: omnium quoque in se rapiebat affectum. Nos que cepamus fratri reddere extrema humanitatis officia cuncta peregimus. Hanc et missarum solemnia ipsi celebrauimus et consuetas in eum preces exsoluimus. Adstantes iuxta pheretrum: et dilecti faciem intuentes. absque gemitu et

lacrimis: cum lacrimarentur omnes, & mirarentur nos siccis perstare
oculis: non ignorantes cuiusmodi essemus destituti solatio, quam forte amisis-
semus auxilium, quam fidele consilium: atque ideo maxime nos miserantes
quod sentire incommoda nostra minus videremur. Ceterum nos & iuniorum dolori
prospicere cupientes, ne ex nostris lacrimis acrius ingemiscerent, & fi-
dei nostre atque dignitatis habentes rationem: merorem insitum quo erant confixa
erant precordia nostra tegere ac premere magna intentione curavimus.
ita ut & sepulture traderemus et iremus atque rediremus absque lacrimis.
Iuvit maxime abbatis Sebastiani in nos & in defunctum fratrem pie-
tas prope singularis. Namque & amare illacrimatus est funeri, & nos
deserere vel ad punctum temporis passus non est: ne solitudo merori fo-
menta suggereret. Ipse ubique consolari, cogitationemque nostram in alia
convertere, atque a dolore avocare animum omni studio curare conatus est.
Constituimus ea ipsa die discedere: ut mestitie causas omnes: frequen-
tiamque adeuntium sub consolationis obtentu vitaremus: sed detinuit
nos fratrum ac filiorum nostrorum caritas, crudele esse dicentium sic se tam
cito deserere. Minus quam ratio poscebat in priore monasterii caritatis offendimus.
Nam cum illi casus nostri doloris exponeremus: monasteriumque nostrum pro missi fratris gratia
destitutos adderemus: sed maiore et quam soliti essemus caritate comple-
xi eos, commendaremusque iuniores quosque: minus grate admisit que
dicebamus: frequentiorem que nostrum eo accessum formidare visus est.
Cuius nos pusillanimitatem blande corripuimus, & curare perreximus
dolentes ex animo tantum in illo modestie desiderari. Advenerat Flo-
rentiam abbatissa nostri monasterii de prato veteri curande male valetudinis
causa. Eam ipsa die, nam in proximo erat monasterio, visitare curavimus: abbate
nostro comitante. Inde redeuntes cum secum ire ad monasterium suum Sebastianus
hortaretur, ibique paucis diebus requiescere: non acquievimus, polliciti
sequenti die illuc proficisci. Noctem illam in monasterio egimus: certatimque
advenientes fratres consolari studuimus nostrum semper dissimulantes dolo-
rem. Mane ad monasterium sancti Salvatoris profecti ipsam diem ibi egimus, abbate
nostro nos solatii gratia extra civitatem deducente: monasteriumque tum sui tum
nostri quoque curam ostendente. Officiosissimum illius animum grate amplexi
noctem illam ibi requievimus. Postridie requisiti ut pontifici summo
Antonium Arretinum commendaremus: petebatur enim ad episcopatum Arreti-
num, sumpto prandio abbate veniente discessimus: sequenti die mane

summo profecturi. Satisfecimus postulantium precibus litterasque ad ponti-
ficem scripsimus. Interfueramus et celebritati filiorum nostrorum euphro-
sini et augustini, cum primas celebrarent missas. Accessit ad nos per sci
damiani, ab imperatore rediens, privilegiique afferens confirmationem:
ut petieramus gratis indultam. Attulit non nihil solatii angoribus
nostris adventus eius: laudavimusque diligentiam. Mire tamen ipsi quoque ceteri re-
ligionis nostre homines indoluere vicesque nostras consolari studuerunt.
Ea ipsa qua defunctus fuerat nocte: bononie ac venetiis significa-
vimus obitum fratris amantissimi: suffragia precum illi postulantes.
Quamquam ea fuit illius vita: sic religiose, tam pie exacta, ut nihil illi omnino
metuamus. Fuerat ab ipso pueritie limine ut alter samuel enutritus
in templo dei, nihil que hausisset preter sanctimoniam et religiosos mores.
His innutritus atque inversatus ita in dei famulatu profecerat: ut
integerrimus monachus omnium iudicio haberetur et fidelis ac pru-
dens servus domini sui. Nullus in tota vita illum umquam iratum vidit:
numquam tristem. Induerat misericordie ac pietatis viscera, ut nullius
lapsum absque lacrimis audire posset, nullius non misereretur, ecores.
quantumque in se esset semet ipsum opponeret murum, contra facie da-
masci pro domo isdrael, sese ingereret, occurrens exeunti cum pa-
ne, et cum aqua sitienti. Adeo vero fuit obediens, ut in illo senum ce-
nobio nullus ulla etate consensu omnium in ea virtute magis eluxerit.
Neminem umquam vel levi sermone offendit. Norunt ista qui nobiscum
ibi vixerunt fratres, utque quia caro nostra est: qua parte illa attingam, omittamque
plurima testes optimi sunt. Functus est annos plurimos officio
novitios educandi: partim mecum, partim solus: tanta gratia: tantaque
cura: ut omnes genuisse videretur. Mixta erat severitati lenitas
mira, ut et patrem et nutricem affectu mirabili prosequerentur. et
magistri tamen censuram metuerent. Quid vero de illius puritate ac
munditia prosequar. Elucebat in ore atque in oculis virgineus pudor.
et velut per fenestras anime nitor penetrabat. Nullus quod pace re-
liquorum dixerim, illo innocentior, purior, sanctior. Prudentiam
illius admirari maxime hi postquam eo familiarius sunt usi. Hoc
certe quantum amisimus experimur quotidie. dum eius consilium desi-
deramus dum presidia consueta requirimus. Educator quidem ille fuerat

a nobis: quod sine mei inuidia nominis dictum sit: uerum gloria nos &
meritis longe anteibat. Didicerat a puero artem pingendi acu: in qua
omnes etatis nostre eminebat. Parua sunt hec comparatione maiorum.
Cum ingenium excellens nactus esset, expolitumque satis liberalibus studiis
& litteris maxime sacris excitatum. Urebat precordia illius zelus domus dei,
cuius ab infantia decorem maiore semper studio & intentione dilexit.
Me miserum atque infelicem postea quam scelera mea egere monasterii in occu-
pationum infestum inicere pelagus, euulsusque sum a formose ra-
chelis complexu, dulcique fratris optimi contubernio priuatus. Ita misertus
est: ita uices indoluit nostras, ut omnium ferme curarum & cogitationum
mearum accederet particeps, omnia metueret nobis et que tuta esse uide-
rentur. Imbiberat puer uerum in nos & germanum prorsus affectum.
Uerebatur ut patrem: diligebat ut fratrem: fouebat ut filium: paternam sibi
sollicitudinem uindicans. Mea penitus scelera ut tanto bono diutius
frui non mererer causa fuerunt. In quo mihi post te hyeronime dulcis-
sime reges? Quem iam in ambiguis consulam? cui in aduersis confi-
dam? Quis portabit onera mea? ad quem aspiciam ultra destitutus
te dulci solatio & unico mee uite presidio? Ad quem scribam, & ef-
fundam omnes estus cordis mei? Quis me iam consolabitur merentem?
Heu miser nec iam expectabo litteras tuas. iam fraterni amoris indicia
referam nulla. Sed alius lamentationi prebetur locus. Non tacebimus
quod illi in extrema illa ualitudine contigit. Iuuenis ferebatur mederi
febribus: easque intra paucos dies medicamentis amouere. Adhibitus est,
pollicitusque quatuor diebus incolumem futurum, cepit illi nescio quid
edendum dare quod uideri nollet. Subiit repente suspitio, ne car-
minibus fortasse uteretur. Et cum id simplici illius confessione didi-
cisset, exhorruit, nec passus est ultra ad se accedere: mori malens quam ita
liberari. Fidei sue hoc extremum indicium dedit. Sed ab hoc iam me-
stiore curriculo deflectentes, reliqua enarrare pergamus. Sorori
mee scripsimus consolatorias litteras: cognatumque ad eam misimus
nam ruri morabatur. & de industria non dolor fuerat euocata: ut certa
illi solatia ministraret. Aduenerat ad nos frater ex monasterio montis cenari
nobisque exposuerat fratrem monasterii memorati que sibi fuerant iniuncta
per nos nequaquam suasisse. Ad quem scripsimus illius corripientes intemperantiam.

& denuo que fuerant iniuncta pro nos illi seruanda mandantes. Cupie-
tem proficisci ad mon̄ cantimani priorem sancti damiani: fratrem quoque suum
nobis commendantem bone religionis uirum, plenum bone spei dimi-
simus a nobis. Decima demum die mensis mon̄ profecti priori & fratrib;
uale facientes: uenimus ad rerum sancte margarithe diuersorium. Ubi
a priore accepti gratissime, multum casus nostros miserante & nos consolante
ea nocte requieuimus. Postridie tempestate dubia mouentes uenimus
ad pratum uetus. Acceperunt nos humanit' ancille xpi: & defunctis obitu
consolari studuere merentes. In devia inciderammus ego & clemens:
famulo a nobis longe remoto & dinico recto itinere sequente: donec
a muliere forte obuia, itineri sumus restituti. Obuium item habue-
ramus fratrem martinum florentiam cum litteris nos adeuntem: que
nobis sollicitudinem incuterent. Quo florentiam misso, nam alti'
quoque rei causa ibat, accessum nostrum adhuc maturauimus. Eam no-
ctem in mon̄ poplene agentes, infirmum enim indiui socio mon̄
pratiueteris offenderamus. cataneum propinquum unius ex sororib;.
Admonueramus quoque ne illa ipsi assideret in ministerio: sed secularis
mulier & grauis adhiberetur. Sequenti die mane rediuimus.
Duas ex his confiteri uolentes admisimus: hortati quoque omnes sociam
inde contendimus. Ubi remorati modice: uindemiam proxime
uinee inspeximus, & ad rerum mon̄ contendimus. Multum indoluere
nostris casib; omnes magno nos cum gaudio suscipientes. Mariotus
aberat, pueri quoque omnes ferme in parentum domos abierant. Adiuimus
heremitas nostros: lectis quoque litteris ex arretio scriptis ad nos: post primos con-
gressus & uerba consolatoria de morte fratris. ea tandem sententia dimi-
simus: nobis eo mature pergendum, ut negotiis consuleremus nostris. Mis-
sus quippe a pont. romano qui reformaret clerum, collectasque impo-
ni solitas renouaret: sollicitos fecerat, nequid forte per absentiam nostram
fieret in preiudicium nostrum. Itaque protinus ire studuimus. Deduxit eo
tendentes, camerarius noster aliquandiu: ipsa quoque die xv mensis arretium
uenimus. Et cum aliquantulum diei superesset uisitauimus mon̄ nostrum sancti
benedicti: commendantes quoque fratris animam: & ad bene uiuendum hortantes

profecti inde adire inſtitueramus & uiſe aplicum legatum / fere
batur enim eē familiaris nr̄: & conſpectum eiuſ / colloquiū q; deſi-
derare. Occurrit forte euntibus: ſalutatuſq; a nobis & blande reſa
lutans nos / paucis ultro citroq; uerbis datis & redditis / dimiſit aſt.
ea lege ut poſtridie ſecum pranderemus. Reuerſi ad nr̄um moñ ſcī
michaelis / comitantibus platis nr̄is: conferre cepimus inuicē qd̄
fcō eēt opus. Ea tandem fuit ſnīa ut poſtridie ſummo mane con-
uenirem⁹ omnes / & ſinguli procaptu ſuo in ea re quid ſentirent
exponere pgerent. Acceſſit ad nos amicus nr̄ antonius rodulfus
ſalutandi cauſa / cenauit q; nobiſcum. Adoardus q̊q; a zarcolus
nos officioſiſſime ſalutauit. Mane uͦ conueneramus ea ſnīa fuit
admonendum eē uirum immunitatis nr̄e: hortandum q; ut rōibus
& calculis cleri uiſendis inſiſteret. ceterum ab imponenda ſeu ue-
rius innouanda libra abſtineret. Ea rōne q multum in ea re:

Peracta omnium sanctorum celebritate mouimus mon. meo .y. non. nouembris ut magorum flamineum contenderemus, uisitationis cepti munus exacturi. Ipa die uenimus ad rurum mon. insulanum. Sed cum emenso ferme itinere p difficili: namque e regione mon. rupes alta & preceps eminet, castellum huius loci situ munitissimum, ipa de mia & prouptia uicisse gratularemur: ipso breui interuallo incipiti periculo temptati sumus. Ubi enim ad plana uentum est duo amnes e diuerso uenientes in unum coeunt. Horum altero transuadato, cum altum transire ductorum qui nos pedites anteibant nullus auderet, quod nimia inundatione multum preter solitum intumuissent. secuti duces ipos, callem arduum & flexuosum, qua pons petebatur. locorum ignari ingressi sumus. Tum uero plus quam umquam antea nos animus ligat. Nam quam in modicum eo calle processimus, animaduertimus possibile non esse sine apto periculo ad summum euadere. Quippe in artissimo & arduo & tortuoso tramite, quatuor sibinuicem eques scandebamus, & pluuia perpetua effecerat ut ascensus ille argille preberet spetiem, cui uix inniti iumenta possent. emenso quoque tandem colle difficillimo, saltu in superiorem planitiem euadendum erat. Quid agendum esset haud facile conspicari poteramus. Nam neque retro redire fauciu angustie ille permittebant. cum sese ferme iumenta contingerent. nec descendere fauces ille sinebant. Tandem mutuo hortati, calcaribus plus solito iumentis concitatis, deo iuuante scopulum illum peruecti sumus. ponteque superato ad mon. uenimus. Suscepti ab ipius mon. abbe lustrauimus omnia ruinas quoque ingentis miserati sumus. Ipam noctem ibi egimus, cum postridie ex galliata, ubi pueri quondam educati eramus: adierunt nos plurimi: partim dominus ipius culpantis negligentiam: partim inopia excusantes. Decreuimus iam tunc mon. ipi aptiorem dare qui et ingenio & neruis plus ualeret. Ea die amicis comitantibus ad sanctam sophiam & inde galliatam die aduesperascente peruenimus. Hospitium in domibus eccl. habuimus: suscepti humanissime ab eccl. ipius sacerdote. Conuenerunt ad nos amici plures uisitandi gratia, multumque humanitatis impenderunt. Acceptis ibi querimonijs quod abbate uergareti, quod sororem amici latere ablatam secum domi haberet. scripsimus ad eum tras increpantes grauius +

Galiata

ipsius negtiam: et ut uxorem uiro restitueret mandantes. Ibi et certiores facti sumus abbatem de morrona fundum pro fratribus emisse: quod ad nos fama uulgante peruenerat. Sequenti die comitante nos leuiro inde profecti ciuitellam uenimus. inde clusculum: Ubi a comite galeoto antiquo amico nostro accepti gratissime: ipsa die ricouu applicuimus. Visitato ecclesie ipsius priore: rebusque dispositis: in post-

Castrocaro

die mouimus: peruenimusque ad castrum carum. Ibi solemni uisitatione pacta ad forum liuii tendebamus. Occupauerat omnia bellici tumultus metus. Propinquantes oppido gubernatorem ciuitatis episcopum nobis optime cognitum offendimus adequitantem muro et infirmiora munimenta resarcienda sollicite curantem. Cognitti ab eo atque

Forum Livii

gratissime accepti urbem ingressi sumus. Visitare prius institutum ancillarum Christi monasterium: comperimusque rem satis opinione meliorem. Nanque monasterium egregie institutum / et maiorem monialium numerum quam usque alibi uidimus licet edificiorum aptitudo deesset. Ibi utiliter multa constituimus: Nam et monasterii matrem cum fuisset ab antecessore nostro sine conuentus electione solemni ordinata: querelaque fratribus huius peruenisset ad nos, eam renuntiare monuimus adstante conuentu. Electione tamen ex more celebrata: singularumque uotis secrete exploratis. non alia suffragiis omnium electa est: Confirmatæque a nobis multum auctoritatis accessit. Moniales ibi tres monasterii antiqui sancte Christi- ne iam destructi: seorsum ferme uiuentes: ipsi monasterio sancti saluatoris uniuimus. ita ut possessionibus applicatis monasterio / unum ex duobus monasteriis fieret. Irgetam quandam corripuimus: multisque pro tempore opportune ordinatis. et priori camaldulensi resarciendi monasterii cura permissa / ad uisitandum priorem camaldulensem concessimus. Dedecus antecessoris nostri in ipso monasterio quod antea prepamus puelle secretiore confessione didicimus: maximo cum dolore nostro: Priorem ipsum hominem diligentissimum et bene religiosum ex ipsa uisitatione collegimus. Contra uero priorem altum sancti patriniani de ferrariano: negligentissimum et ferme secularem. Adeo ut amouere hunc animus fuerit: quod nihil religionis preter habitum / nihil religiose industrie deprehenderimus. et si alias honestus et pudicus haberetur. Correctu

acriter consulto dimisimus / minati nisi impleret / que illi inscriptis mandata dederamus / severius nullum animadversuros. Et quoniam in domo monasterii intra opidum iuxta alterius prioris ecclesiam morabatur cum memorato priore illum esse ac morari communiter iussimus. Prius autem quam eam urbem ingrederemur adierat nos ex monasterio sancti matthie monachus senex, multas quoque priorem ipsius monasterii querimonias afferens et orans ut periclitanti monasterio succurreremus. Turbati mestiore nuntio quid facto opus esset cogitabamus. bonaque spe relevatum senem a nobis dimisimus. Visitavimus gubernatorem civitatis amicum nostrum: acceptique humanissime contulimus casus nostros: et an priorem sancti matthie detinere vellet si a nobis illuc fuisset evocatus percontati: ubi pollicitationem eius et grandem gratam accepimus: scripsimus iam dicto priori litteras: mandantes sub gravibus penis / ut se ad ipsam urbem conferret. intra prescriptum diem criminibus obiectis responsurus. Ancillas Christi interdum adivimus / doctrinaque salubri pro viribus instruere curavimus. atque ad perseverantiam sancti instituti animare. Inde cum proficisci pararemus. prosecuti sunt nos priores ambo equites: et mercurialis quidam religiosus amicus noster. Faventiam recto itinere pergere animus erat. Sed cum ad portam quam illuc iter venissemus egredi nequaquam valuimus. necessarioque ad patentem ianuam venimus. Murum civitatis circuire necessario coacti dum ad priorem portam perveniremus. modico illo itinere geminum discrimen incurrimus. Namque anfractus secuti: angustum tramitem atque interruptum ingressi sumus. Iumentorum saltu metu evasisse letabamur: cum in anteriora tendentes maiore periculo fere exanimati sumus. Sociis namque inferiora petentibus: et ripe fluminis adequantibus mula mea recto pergebat itinere. Tum vero in cecam foveam: cenique voraginem anteriores pedes immisit. Inde surgere strenue valens animal cum vellet. posterioribus pedibus ceno immersis in alteram fovee partem in genua procubuit. Anceps urgebat malum. Nam siquidem iumento insidere perstitissemus / metus erat ne saltu se in extricare mula contendens sessorem excuteret. Sin autem descendere maluissemus: calcaribus panno quo mule sella tegebatur implicatis:

periculum erat: ne in ipso conatu, mula assurgens equitem secum traheret
pede suspensum. Tandem miserante deo: ubi sternere descendimus
mula surrexit: nos nihil lesi sumus. Accurrerunt socij metu pallo-
re testantes: & posteaquam illesos uiderunt mirati sunt. deoque gratias immortales
egimus. Consilio patris nostri mutato proposito ad castrum caroli diuer-
timus, fauentiam inde petituri: quod contexto itinere haud quaquam tuto
iree posse uidebamur. ob palantes milites quibus ne prede essemus modice
Fauentia de trauerticulo diuertimus. Noctem illam cum hieronymo egimus: atque
postridie deducti fauentiam uenimus. Illic nos mestissimus excepit
nuntius. Venerabilem namque fratrem nostrum Eustachium abbatem monasterii
uallis castri, cum quo nobis karissima coniunctio fuerat, migrasse ad
dominum, litteris ex fabriano scriptis agnouimus, quibus id nobiscum agebatur
ut electionem de iuuene monacho factam approbare, & nostra auctori-
tate confirmare uellemus. Ingens se caligo offudit oculis: & post
obitum sancte memorie hieronymi fratris. hoc nobis solatium quod maximum
erat ereptum ingemuimus. Iudicia in nos diuina non quidem repre-
hendentes: sed manum tamen domini super nos grauem, non sine dolore
sentientes, solitudinemque nostram magis ac magis miserantes. Vene-
rant ad hoc duo: monachus unus ex monasterio ipso, laicus alter, ab oppidi
ipius missi domino: Nos electionem conditionariam nequaquam approbantes:
quippe ex monacho clam preparamus, iuuenem illum bone quidem
indolis, utpote abbatis eustachij alumnum: ea conditione iubente
domino loci electum: ut quando esset requisitus officio cederet. sibique successor
daretur unus ex nepotibus domini. Et scenam itaque caute celauimus
& quid facto esset opus cogitantes, electionem monachorum sine nostra
uel uicarij nostri presentia contra religionis instituta celebratam ab-
rogauimus. Ac iure nostro Venerabilem fratrem nostrum thomam perusinum: ho-
minem probate uite & etatis legitime abbatem prefecimus, datis
et ad dominum litteris: quibus etatem electo obiceremus. indignum asserentes
tam nobili religionis nostre monasterio adulescentulum preficii. simulque
orantes ut electum a nobis dignaretur admittere. quem & matura
etas & uite merita commendarent. monachos et compescuimus litteris, quod

quam formam eligere ausi fuissent: mandantes ut quem ipsi abbatem
prefecissemus reuerenter exciperent. Litteras item electionis ad memoratum
dominum misimus: per eum thome tradendas, ut uel hoc offitio nostro delinitus
gratius electioni nostre consentiret. uideretur que auctor ipse fuisse ut hic
potissimum eligeretur. Sed parum ista diligentia nostra profecimus
ut mox docebitur. Dimissis a nobis mature tabellarijs. Visitationis
munus exequi cepimus, accepti magna cum gratia tum amicorum quos
ibi frequentis offendimus, tum domini ciuitatis. Monasterium sancti hyppo-
liti primo adiuimus: antiquum plane atque regulari instituto maxime
ydoneum, sed ita uel temporum culpa uel abbatum negligentia deso-
latum ut ruine proximum uidebatur. Abbatem ibi solum deprehen-
dimus cum duobus pueris ipsum que infirmum: omnes ferme monasterii offi-
cinas occupauerant milites. Fleuimus miseram conditionem: & sortem
nostram indoluimus, qui ruinas tam nobilis monasterii cernere cogeremur.
nec remedium ullum possemus adhibere. Coacti sumus in domo ami-
cissimi ac propinqui nostri Ugolini de Silliarana remorari. Sed plerique
ex amicis nos excepere conuiuio: & imprimis abbas siluemunde sed: nec
licuit non illis morem gerere. Monasterium celle sancti maglorij postea adi-
uimus. Obscenus rumor effecerat ut de instituendo & corrigendo
illo cautius cogitaremus. Quippe & ex matre domini, & ex plerisque alijs
perceperamus prostibulum illud esse, Deprehendimus rem opinione et de-
teriorem: & inditia plurima uera esse que dicebantur arguebant.
Quid tamen ageremus in tanta rerum perplexitate nequaquam explo-
ratum habebamus. nec enim deerant qui contra illas tuerentur.
& hi quidem non negligendi auctores: & ex culpe obiecta crimi-
na quomodo haudquaquam poteramus. Itaque monasterii matrem decrepitam
& eius rei gratia regimini ac discipline monij minime ydoneam a-
mouere, aptiorem que sibi substituere e monasterio sancti saluatoris accersitam
cogitauimus. Sicque inde proficiscentes mandauimus fieri: delegato
negotio priori camaldulensi. Puellam ibi ex monasterio alio profectam
sacrari tunc auide expetebant omnes. Nos opinioni nostre consulentes
nequaquam acquieuimus. ea tamen lege sacrandam promisimus: si insti-
tutam a nobis matrem reuerenter admitterent. Visitauimus & sancti

iohis baptiste mon aptissimum plane ac dignum ubi regula
ris uigeret obseruantie decus. Priorem ibi solum cum paruulo in-
uenimus: Sceptis qz illi ex more traditis, que oportuna uisa sunt.
profecti sumus. Epm ciuitatis adiuimus: abqz illo officiose accepti:
mon qz insigne sancte marie uisitare perreximus: sepulchrum qz pet
damiani in antiqua et ornata atqz ab illo ut ferebatur constructa basi-
lica uenerati sumus. Codicem illic uetustum ipsius ut ferebatur manu
scriptum, in quo oia opuscula eius hrentur in conspectum dedere.
Eum nos ad nrum hospitium tulimus, diligentius inspecturi. his
diebus quibz ibi remorati sumus, controuersiam ueterem int canonicos
& abbatem sci hyppoliti componere nequicqm sepius conati, negotium
ipm Ugolino amicissimo atqz hospiti nro commisimus. Illic nobis
remorantibz aduenit legatus uenetorum federicus contarenus
uir strenuus & nobis optime cognitus. Eum studiose salutatum
perreximus, a quo gratissime accepti sermonem habuimus de priore
sancti matthie. Hortatus e uti negotium exequeretur. Is uenetijs
id oportere fieri asserebat. qz ingrate ueneti ciuem suum ex ter-
minos suos iudicari admitterent. Suam opem eo libentius polli-
citus, quo se auctorem fuisse ut promoueretur asseruit. & egre ferre,
non eum spei atqz existimationi sue respondisse. Visus e uera psequi
& iam tunc uenetias reuocato petere animus fuit. Heu tam ceptis
desisteremus: neu fortasse priores mee lre reddite illi nō fuisset.
scribere sibi institiumus. mandantes ut intra prescriptum diem
se conferret ad nos crimina sibi obiecta diluturus. Et cum ta-
bellarius qui ferret lras non esset: ipi bononiam petere decreuimus
ut mon sci eustachij quod intra imolam e uisitaremus. Mouimus
inde sumpto prandio x. kl. decembris: imolam qz profecti cum
abessit prior: bononiam die ipa peruenimus. Ibi postridie lras ne-
cessarias mittendas mane summo dedimus ipo qz ferme momento
misse sunt. Egimus scte martyris caterine solemnitatem in nro
mono scte xpine. Vicem nram misse atqz sunt omnes ancille xpi
& de obitu patris optimi: ut ante per lras ita coram nos consolari stu-

Imolam

duerunt affectu singulari: et nos humanitate precipua refouerunt. Fauentiam rediuimus: et ne incedite quidem: priorem sancti eustachij inuenimus: incole nocte ipsa remorati: hospitijs nostris multis contra priorem ipsum acceptis querimonijs: litteras conscripsimus. ipsi cum rediret tradendas: quibus ut florentiam ueniret iubebamus. Post biduum fermo subsecutus est nos: et acriter a nobis increpitus: cum multum excusaret: etatem decrepitam mussaret: illum a nobis emisimus: quid fieri uellemus mandantes. Rauennam rei uisitationis exequende causa constituimus. Tum uero amicorum fides maxime eluxit. Namque nos illuc usque itineris ignaros deduxerunt. Ugolino nostro uenetias proficiscente legato sanctissimi domini: Accepti a classensis monasterij abbate sumus gratissime: amicisque fauentiam redeuntibus biduum remorati: ecclesiam principalem ciuitatis licet maxima ui luti impediti: aliasque itidem basilicas uidimus. Offendimus rem dignissimam: et in qua eluceret antiquitatis tum magnanimitas tum diligentia. Nullam ferme usque ne rome quidem letiorem aut ornatiorem basilicam uidimus. Nam preter exteriorem ornatum: qui uel insignis est: uestiunt intus parietem fani uarij marmoris secte ad lineam cruste. stant ordine gemino utraque ex parte columne ingentes ex marmore. nec desunt porphyretice per templum tum columnelle tum tabule: ita lucentes ut speculi in morem imagines referrant. Altare argenteum columnis sex argenteis suffultum: cyborium tegit argenteum itidem columnis porphyretitis et ophiticis substentatum: Cingit altare ipsum chorus ex marmore candido: cuius et prominentia capitella argento uestiuit antiquitas. Musiuum opus interiorem edem totam tegit speciosissimum. Saccarium uisse habuit ac bibliothecam que ibi singularis esse ferebatur. In altero plurima uetustatis insignia uidimus: alteram opinione deteriorem longe inuenimus. Vix enim ibi quicquam dignum memoria preter unum cyprianj uolumen inuenimus antiquis litteris: in quo plura quam usque anna ipsius opuscula notauimus. Sollicite an aliquid librorum scrinijs conditum esset percontati nihil esse didicimus: dato in prospectum uetustissimo de concilijs codice in quo niceni concilij fidem in membranis purpureis et aureis litteris legimus. Esse intra ecclesiam locum quem chartophilacium diceret professi sunt.

Templa Rauenne

inquo privilegia plurima uncto inscripta servarentur. Eo cum nos
duci avidissime expeteremus: custodem abesse didicimus. Itaque profecti
tunc sumus alias redituri: & inspecturi diligentius omnia: Vidimus
& baptisterium ecclesie propinquum: antiquo & mirando opere. Transi-
vimus adcontuendum sancti uitalis martyris templum per mira factum.
rotundum & omni genere ornatus insigne. Cingunt ambitum secte
discoloris marmoris ingentes tabule. columneque per girum altissime
excandido & uario marmore: superatum sustinent ut nihil admi-
rationi desit. Aram fani sumus uehementer admirati. Nam cum
lapis ipse palmi ferme crassitudinem habeat: quicquid altera ex parte fuerit
applicitum pars altera refert uitrei tenuis instar. Nichil minus ibi
quam musivum desideratur opus. Ediculam prope fanum uidimus sepul-
chra regum ex marmore candido ingentia habentem, squamatis operculis.
Musivum nusquam nec tenuius nec elegantius inspeximus. Circuivimus
& ecclesias alias atque monasteria, quantum uel pluuia uel lutum
permisit. Salutavimus & ciuitatis dominum: & abeo atque abeius con-
iuge muliere & prudente & erudita grate accepti exegimus
amicitie iure. ut hospitale intra urbem: quod a patre religioni datum
primo postea ablatum fuerat restituerent nobis. Nichil cunctati
quod postulabamus exequuti sunt. confecto donationis ipsius instru-
mento. Nos eis vicissim salinas monasterii quas tenebant, annua pen-
sione confirmavimus. Puellam annorum ferme vii. uxoris ex uiro
alto filiam evocarunt. que preter sexus consuetudinem et conditione
fortune sue litteratura imbueretur: grecum que anobis alphabetum
scribi postularet. Quod & grate egimus. Paucis ibi pactis diebus
cum uisitationi dare initium cuperemus. littere adnos ex fabriano septe
ut illuc iter maturaremus impulere. Quippe dominus opidi datum anobis
monasterium uallis castri abbate: quibusdam rationibus retinens, ut eo iremus
uehementer instabat. Nos itaque ne rem tanti ponderis neglexisse
uideremur: & officio nostro defuisse. iter preximus ea constantia & ad
id offirmato animo, ut ei hac iure dumtaxat nunquam cederemus. Itaque
& domino & amicis uale facientes y idibus decembris profecti sumus

Hospitale
intra urbem
donat.
ordini

abbe nro classense nos adducente, utroq(ue) meum comitante. Prius uero
q(uam) inde moueremus, mon(asterium) ipsum meum classense ab urbe trib(us) ferme mi-
libus passuum adieramus, inspexi ruinas ingentis, et ecclesiam ma-
ximam et speciosissimam admirati: indeq(ue) per pineam siluam mon(asterium) q(uod)
viij ferme milib(us) passuum tenditur, ad mon(asterium) sancte marie in portu con-
tenderamus: a theodosio et placidia augusta constructum, ubi nihil
preter structuram quod miraremur inuenimus. Dederunt in conspectum
uas porphyreticum speciosum sane, et quod stulto errore unam ex
hydriis esse dicerent in quib(us) aquam in uinum saluator conuertit.
Itaq(ue) rauenna ut diximus mouentes hora ferme iam tertia per siluam
nostram: et per maris litus ariminum diei hora uigesima sexta peruenimus.
fabrianum inde petituri. Sed cum extra urbem hieremus hospitium:
ex multis hominib(us) inde uenientib(us) certiores facti sumus, picenum agrum
omnem ardere bellis, atq(ue) ab hoste uastari. Quippe franciscus comes
qui iuxta liuii forum cum adhuc ibi moraremur, instructus militari
acie transierat: cuncta eius regionis ecclesie subducta sibi applicabat.
Eo perterriti nuntio, et rebus certis admoniti: mutato proposito: re-
dire ad forum liuii constituimus: priorem sancti matthie pro solatiue
uel certe deliberaturi quid facto esset opus. Postridie ad ecclesiam sancti ^de Ragenan
andree profecti priorem uisitauimus: admonitumq(ue) secretius, ad bo-
nam frugem hortati sumus. Adierunt nos illuc exules nostri bernardo
et alii quos ante paucos menses, furor ^ urbe una cum cosmo nostro
x partium deturbarat: multumq(ue) solatii ex congressu nostro ceperunt. Abbas item
sancti Juliani amicissimus noster uir bonus atq(ue) eruditus nos huma-
nissime excepit conuiuio. Inde post biduum profecti ad castrum
quod lonzanum dicitur uenimus. Multas ibi contra abbatem mon(asterii) sancti
theomnesti querimonias hausimus: orantib(us) plurib(us) atq(ue) abbate
ipso cuius id mon(asterium) subfraganeum est, ut illum amoueremus, aliumq(ue)
preficeremus. Nos qui antea quoq(ue) huiusmodi pulsati querelis uisitatorem
abbatem ipsum iusseramus, alium quidem implere polliciti sumus: ut eum
abrogaremus: certum institutionem abbatis: ei cuius interest permissuros
assumimus. Quod et fecimus postea. Venimus ipsa die sauinianum

ibique nocte illa quiescentes: uisitationis munus exegimus. Abbatem
inutilem omnino deprehendimus: iamque tunc animus fuit prouidere
ne res penitus rueret. Multa ex conuerso didicimus que omnia admi
nistrabat. que prouidentiam nostram desiderare uiderentur. Domum
Cesena. ferme omnem occuparat militaris manus. Inde postridie abbate
comitante profecti cesenam tendebamus. Obuios habuimus cum
propinquaremus opido uicarium nostrum: et priorem arcius. Ingressi
ciuitatem diuertimus ad religionis hospitium. Ibi postquam ex uicario
quidnam afferret accepimus, conuenientia quoque reddidimus: causas
aduentus sui a priore prontati: eam ex amicorum litteris quarum ora
dem fascem tulerat animaduertimus: poscentium ut heremum ad
nihil suo priore destitutam illi conferremus. Preclarum illi testi
monium non modo littere absentium uerum presentes quoque prelati uel sex
reddiderunt. Eorum auctoritati cedendum arbitrati: quod pe
tebat impendimus: instructumque diligenter a nobis emisimus:
Conuenerunt ad nos amici salutandi studio, humaniterque ab omnibus
accepti sumus. Visitauimus augustinum patrem ueterem amicum nostrum
Britonori. ciuitatis episcopum: blandeque habiti ab illo fuimus. Britonorium inde
sequenti die contendimus uisitandi studio. Peracta inquisitione solem
niter abbatem corripuimus quod plures et graues querele que illius
nobis proposite fuerant. Abbas autem classensis qui per eos dies nobis
comes indiuiduus fuerat, inde profectus est cum gratia nostra, ut festi
uitatem propinquam dominice natiuitatis in monasterio suo celebraret.
ea conditione ut post exactam solemnitatem fabrianum concederet
cum meis ad nostrum litteris: acceibi quidem et que conabitur expostula
rent cur datum a nobis monasterii abbatem renuissent admittere: obiectaque
illius omnia refellerent. et magnam constantiam testarentur: po
stulantes postremo ut electionem meam preualere permitteret: idque
abbati in mandatis dantes, ne alium adsumi permitteret. Profectum
a nobis e uestigio ferme subsecuti ad forum liuii ipsi contendimus domini
cam natiuitatem ibi pacturi .x. kl. ian. Ubi illuc uenimus
1434 littere nobis et ex rauenna et ex uenetiis reddite significarunt priorem

sci matthie preceptis nris obtempare noluisse / atqȝ ad protectore religionis meg qui in concilio agebat anrā citatione appellasse: euisqȝ apellationis exemplar ad nos misit abbas mr sci michaelis: orans atqȝ obsecrans ut eo mature pgeremus: aliogn moniȝ nobilissimi desolationem secuturam. Eam appellationem & rauennam misat: & publicari maiore in ecclia fecerat. Nos rei indignitate gmoti gubnatore ciuitatis adiuimus salutandi grā: simul ut et consilium expeteremus. Verum summus in urbe motus effecerat ut minus ociosum repireȝ nȝ fas fuit quicq illi ac rerum maz nuntiare. Ignari licet qd tum eet futurum: ex ptuerbata rerum facie collegimus maxima futuram nouitatem: multum qȝ illius indolumus uicem qd ex posito piculo iam tunc uidere uideremur. nȝ dissimulauimus qn adstanti cuidam ex amicis ptuerbationem nram apiremus. Peracta uo dnica natiuitate: cum postridie Soȝ vij. kl Ian in mon sci saluatoris mane essemus / repente ingens tumultus exoritur. et pmu qdem clamore sublato populari gra infestius resonant. Armataqȝ protinus ciuitas concurrit / uocibȝ & telis infesta: Palatium obsident et ecclie impium detractantes. dnuȝ qȝ suu antoniu ordelaffu conclamantes: epm meuȝ: nihil tum tale suspicantem: inuadunt: tenent: uinciunt: & de ciuitate ac cunbȝ optime meritum iniuria & ludibrijs agunt. Expilata omni domestica supellectile: omniqȝ thesauro asportato: uir ille bonus ad suplicium ponitur: mulieribus ipis in illius cedem conspirantibȝ. Ac nisi quorundam minus seuientium obstitiss modestia qui illum alieno habitu indutuȝ duxere medium: nimia bacchantiuȝ rabie ferme discerptus interiss. Liber itaqȝ a furore populari / cuidam ex cunbȝ traditur custodiendus: cui pt zpropinquius uenetijs inclusus tenebatur. Is in epm aliqdiu seuus: mitior postmoȝ fuit: spe recupandi pdis illectus. Ferebat uulgo epm urbem uenetis tradere uoluisse / eamqȝ cām nouaȝ reȝ afferebant solam: Sȝ ea plane pq fallax fuit / nihil in se hns soliqȝ ueritatis: atqȝ adeo eam refellere nihil opus ē. Sola uulgi mobilitas zinconstantia / cupiditasqȝ reȝ nouaȝ auaritie ḡ iuncta in causa fuit. Paucis post diebȝ zarx munitissima q inter ecclie

nomine custodiebatur/ inditionem civitatis concessit. Nocte inse-
quente tumultus diem: Acitus antonius ipe: dns apopulo acclamat e.
Non defuerunt simulata auxilia faventino dno prope murum aste-
dente cum exercitu: s nihil pter ostentationem armoz inferente.
Nullum telum iactum: nullus districtus gladius: nihil bellici opis actu.
Denique levi nuntio monitus faventiam rediit. Nos metu pterriti mon
prodire in tanta ptrubatione rerum/ ausi non sumus: nisi platis mis
nos deducentibus & iumenta mea secum agentibus. Profecti admon ca-
maldulensi triduum ferme quievimus: nusquam inde progredi nusquam abire
psumentes. Plena erant terroris omnia: nec defuit exercitus qui factiosi
nimium acclamaret cum pplo: atque una telis armatus accurreret. Eum
postea scelus ostentem corripuimus. Aderat nos Ugolinus abbas/ fa-
ventiam petens/ ut celebritatem ibi cum fre & propinquis ageret.
Multa exponentem: opemque meam postulantem/ bona cum spe dimisimus
anobis. Inde cum paerum metu piculi pterriti: ptim tres moniti ve-
netias ire instituerimus/ prosecuti sunt mei: & alii plerique atque in
faventinum agrum deduxerunt. Ravennam petere animus fuerat
ut inde plutus clugiam usque tenderemus. Verum fama tumultus
militaris exterriti bononiam ire satius duximus: nec faventiam in-
gredi volumus/ ne illic dies plurimos detineremur. Oppidum circuire
coacti: quin ingrederemur declinare nequimus. Inde tam maturius
nos extricantes & anemine cogniti: imolam ea die pteximus: acceptique
laute apore inope fuimus. Postridie bononiam pvenimus: ibique tu-
Bononia multuantem civitatem offendentes in mro mon sce xpine remorari
necessario coacti sumus: fracti & fatigati tum itinere: tum & pterito
& psenti metu. Miris nos obsequiis ancille xpi refoverunt: multumque
aspectu nro recreate sunt. Confluxere adnos amici plurimi/ plurimumque
solatii mestis attulerunt. Negotium monii & controversiam cum cive
quodam potentiore convenere qui componerent: nr stephanus pocuius:
romeus: & complures alii: nec tum quicquam actum e/ illo parum hone-
sta postulante. Pereos dies abbas quoque classem divertit adnos/ quem ut
venetiis nobis occurreret hortati anobis emisimus. Bernardus
quoque monachus nuntium attulit porem monii sci viti excessisse exvita

& tam amicorum litteris quas plurimas tulerat commendatus: quod ipse ipsum orans: multum cunctantes: & iuuenis leuitatem suspectam habentes tandem ut se promoueremus euicit: admonitus a nobis est grauiter adiecteque minis si delinqueret nos minime tolleraturos. Eum ita dimisimus. Monialium matrem & seniores quasque ac iuniores simul omnes & singulas seorsum allocuti ad obseruationem sancti instituti / ac precipue ad seruandam inuiolabiliter clausura monasterii / magno affectu hortati / nosque precibus illarum commendantes profecti sumus. magnam certe amicorum & nobilium in nos caritatem sumus experti. Gasparem nostrum consilium de nobis flagitantem / ac titubantem in sancte religionis instituto: quod ferme positurus uidebatur: fratrum suorum euicti precibus confirmare curauimus. Cum tamen allegaret infirmitatem atque imbecillitatem oculorum: aliaque plurima: & ipsum ut desisteret / & fratres ut eum dimitterent hortati sumus. Postea tamen absentibus nobis professus est religiosam uitam Secularem item honesti ingenii adulescentem propositum religionis accipere cupientem admotis fomentis animauimus. prete illius bono uiro admonito ne illi unico licet impedimento esset religiosum propositum accipere cupienti. Quod & factum est. Et ex rauenna & ex foro liuii & ex locis fere omnibus scripsimus fratribus nostris augustino quoque filio nostro inprimis / & amicis reliquis exponentes nostra omnia. Bononia mouimus. v. non. ian. comitante nobiscum & priore nostro angelorum triduo quoque ad nicium monasterium de uangadicia uenimus. Suscepti grate a bipinis monasterii abbate modice ibi requieuimus. Inde ad carceres euntibus occurrit paulus parentinus bernardi illius cognatus quem sancti uiti priorem constitueramus. magnas referens gratias / multaque deferens nobis. Venerat uir ipse bernardi comes britonorum usque ut nos reperiret / sed cum officio suo quod precipuum erat uenetiis diutius abesse non posset / remearat. Nos illum gratissime uidimus / eoque presente priorem admonuimus ut religiose se haberet. Scripserat nobis abbas ipse de carceribus orans ne cuiquam & huic maxime: monasterium ipsum conferremus. Sed prius ille ad nos uenerat quam abbatis littere nobis redderentur / nec tamen ei obsequtum amicis fuit. Monasterium insuper sancti michaelis de lemo abbate suo destitutum: ut nicholao eius monacho tunc conferremus obtinuit. Salutatis pueris

ad monasterium Vangaticie et Carceris

96

nris uincentiam pariter profecti sumus. Et qm defuncti res epo maxime agente & abbe de carceribus penes laicum deposite fuerant: quarum tamen indicem tenebamus aberat qz tunc ciuis ipe: placuit pmo uisitare epm ciuitatis: pmissa nro abbi dnico circa tradende pori memorato pacifice possessionis. Accepti abepo humane smonem inmultam horam produximus. Libros quosdam uita functi poris quos hebat penes se consignauit nobis. Testamentum por ipe fecerat frustra. Exegit anobis eps ipe: ut mulam defuncti poris sibi mutuo daremus adconcilium proficiscenti. Quod & libentissime fecimus. Constitutis tunc rebus patauium profecti sumus, paulo nro nos nunq deserente. Diuertere ex opidum in nro mon animus fuit. Sz cum eo profecti neminem inuenissemus urbem ingredi atqz addomum nri abbis diuertere coacti sumus. Paulus ualefaciens nobis uenetias contendit, cum prius exegisset ut quia die ipi pgeremus occurreret nobis. Patauii paucos dies remorari consilium fuit. Quia enim por ipe cui causa proficiscebamur adprotectorem appellarat: iureis ptos consulere necessarium existimauimus. ne res ipa carere fundamento uideretur. & digne loco nro, & sm uiam procederet. Adiit nos illic por orbissi opemqz nram contra abbatem sci nicholai inlittore molestum nimis exactorem implorabat. Quippe uel adconcilium pgere, uel pecuniarum certam summam proficiscentibus usui futuram soluere compellebatur. Abbatem memoratum conuenimus lris, utqz pauperi molestus ee desineret, non ualenti amice exegimus. Lre ad nos extrarusio allate sollicitarunt animum nrum: monii matre multa conquerente, & quedam postulante. Priorem memoratum eo constituimus mittere uice nra pfunctoriam, eumqz cancellario ciuitatis amicissimo nro comendauimus. Prior item monii quod ex opidum e adnos profectus ut eo diuerteremus orauit. Fecimusqz satis uotis eius. Adiit nos illuc abbas classensis q excondicto uenetias concesserat. Ubi cum eum illum uincentiam redisse cpimus: abbem nrum decotis: & porem sce marie deangelis misimus: qrees

ipsas inspicerent, atque ad iudicem conferrent. Sed inanis fuit illa
profectio, cum ex illo multa allegante. priore que ipso quantum conicere potuimus
non simpliciter nec pure incedente. Negotio infecto rediere. Consuluimus
paulum quendam iuris peritum: iuvenem quidem sed plane eruditum
bonum que virum, et nostris imprimis officiis deditum. Inspectis ille con-
stitutionibus nostris quibus cavetur quidem ut a parte religionis ad protecto-
rem appellare liceat siquis preter debitum aut contra formam se gra-
vari arbitraretur et verbo primum et postea scripto et reddit: huiusmodi
appellationem et irritam et nullam esse. nec memorato priori quicquam
adversus nostram auctoritatem opitulari: imo et obesse contumaci
plurimum: graviore que censura ipsius gratia plectendum. Venetias — profecti Venetias
itaque tertio postquam eo veneramus concessimus die: portantes que nobiscum
attici pomponii vitam, ab hermolao nostro barbaro acceptam cum quibusdam
aliis: navigantes conscribere cepimus: nicholao nostro mittendam:
Ubi vero propinquavimus occurrit nobis paulus parentinus: atque
in suam acceptos navim ad nostrum monasterium sancti michaelis cum honore
deduxit. Occurrit nobis abbas noster festivus et letus. atque cum omni
congregatione reverenter excepit. Priorem angelorum ex Pata-
vio bononiam remisimus, multum se ac negotium suum quod cum
memorato priore sancti matthie illi erat, commendantem nobis. cui de-
cretales ex vincentini prioris spoliis postulanti ad monachi iohannis
usum libentissime indulximus. Abbati nostro decretis breviarium
et libellum alium promittentes. Ubi consilia nostra cum abbate generalis
animadvertimus opinione a nobis dissidere. qui possibile non esset in
priorem triste aliquid decernere, propter appellationem interpositam: propter
consanguineos nobiles, et alia plurima que longum esset retexere.
nobis non satis probabilia. Suadebat ut ad monasterium aliud ordinis
sive extra ordinem transferretur. Rem esse impresentiarum fratribus diffici-
limam: dilationem intercessuram necessario: ipsum ex precepto ducis
ad concilium oportere proficisci. Expostulare ipse non modice, quod
instante et — monasterium sancti michaelis quod alteri ipse promiserat, petente abbate decarce-
ribus alii dedissemus. vicarii se officio perfunctum misisse in certias

& a memorato abbate sperentum: non potuisse munus initum exeq
Postremo nolle vicem famuli implere ut absente abbate de carceribus
vicarius esset: presente vacaret. Conciderunt brachia quidem: atque primo
mox neque nobis displicere diximus ut potius aliud daretur monasterium. fratres
eos omnia polliciti dum assequeretur quod vellet, si adhoc inten
tionem ille dirigeret. Mentiri autem illud idcirco contulisse alteri, quod
nobis nequaquam voluntas eius explorata antea fuisset. Alioquin facile
ac libenter illi concessuros. De officio sibi a nobis indulto vicarii:
quandoquidem levis gratia controversia exorta esset deliberaturos, &
omnia acturos que ad laudem dei & consolationem suam pertinent.
quantum dominus donare dignaretur. Adire ducem primo sententia fuit. ut
eius opere negotia nostra prosequi felicius possemus. sed nescimus quo
pacto impediti episcopum civitatis laurentium iustinianum virum scilicet
atque integrum nobisque carissimum visitare perreximus. Accepti
letissime profectionis nostre exposuimus rationem consilium flagitantes.
Adhiberi placuit vicarium suum iuris peritum ut consultaremus.
Fuit ea tum utriusque sententia priorem esse cohercendum appella
tionemque illam suam nihil sibi suffragari. Consilium pauli nobis
patavio allatum ipsi vicario dedimus inspiciendum. Adierunt
nos illuc amicissimi nostri cosmus atque laurentius quos urbe pul
sos supra memoravimus. oborstisque lacrimis in mutuos amplexus
effusi. consedimus sermonemque protraximus. diu dum aspectu
mutuo atque collogo exsatiari non possemus. Tum vero plusquam an
tea sapientiam virorum admirati sumus atque constantiam. Hii
antique dignitatis: nihil potius in patriam benivolentie posuerat.
Affectus mirabilis ad civitatem toto oris contextu apparebat.
Non indigne casus suos tulerant. non acerbe sue deiectionis inse
ctabantur auctores: sed modice ac leniter innocentiam potius
pandebant suam quam admissum inse arguerent facinus. Suspi
rantem patriam laurentium blande admonuimus quidnam bononie
primum nobis in congressu mutuo dixisset. nihil sibi constare certa: non patriam:

Cosimum et Laurentium Medices alloquitur

non opes: si modo germanum recupare posset / venetias sibi proflore-
tia ee / ubi volente ac disponente deo relegati: plus honoris q̄ unq̄
in p̄ria essent consecuti. Notavimus benivolentiam in eos totius civita-
tis admirandam & prope singularem. Nullus venetiis natus & nu-
tritus maiore unq̄ cum dignitate deductus ē / ut civitatis p̄ncipes
intelligere quivis potuiss. Post prolixum s̄monem amantissimos
deduximus nos eos renitentis ~~falz~~ ep̄i q; ad mon̄ nostrum remeavimus
Multa cum abbe nr̄o conferebamus / & sponte & abeo aciti: fere neq;
s̄mo omnis suus nobis erat maioris causa supplicii / dummodo in ab-
batem alium ut ingratum & ambitiosum invehi: modo ea de nobis
postulare pgeret: que indulgere nequaq̄ tuto possemus. Expo-
stulavit item abbas de carceribus cur ipm vicarium constituissemus
cum se & gnāle capitulum s̄mo instituiss & nos postea confirmavissemus
lr̄is nr̄is: Fregimus illum conatibus: nos nihil p̄ter debitum / nihil
illo inconsulto hac in re dumtaxat egisse memorantes: Quippe an-
q̄ ad concilium pgeret / cum de substituendo sibi vicario s̄mo eet
ortus: hunc ceteris ptulisse: Non potuisse vicarium instituti sine
nr̄arum lr̄arum testimonio: in quibus sinon exp̄ssa mentio facta fu-
isset absentie sue parceret nec sinon sue verecundie. Neq; enim ho-
nestum fuit ~~nec~~ tutum abbem senem patrem & magistrum suum vi-
carium sub conditione constituere. qui libere se id munus subire
nolle protestatus eet: & quem nos nisi absentes / ut subiret impu-
limus p̄cibus. Destitit tunc s; postea tam procuratore fr̄e suo insti-
tuto / apte protestatus ē / nolle se offitio abrogari sibi acceplo p̄misso:
nec id nobis tantum: verum & abbi ipi. Verum ut unde cepit re-
deat oro / triduum ferme venetiis egimus an q̄ prior ipe ad nos
iret: Revertentibus nobis ab epo & mon° propinquantibus ipe mon°
egressus iam navim conscenderat ad mon̄ suum rediturus. Conspe-
ctis nobis expalluit / descendens q; navi nos intra mon̄ secutus ē:
Seorsum allocuti sine testibus eo nos gr̄a sui concessisse diximus.
ut quem ad nos vocatus ipe non venerat / nos ad illum proficisceremur:
Multa excusantem cur non venisset / metum q; allegantem / q sibi tras-

tris significatum dedisset nos eum custodie tradere velle: fregimus eo omnibus veris: et an vera essent que relata fuissent nobis: exploraturique assumus, ac secundum ipsius merita iudicaturos: nec passuros ut monasterium adeo nobile pateretur occasum. Appellationem suam allegantem: magna severitate correpimus: quod stultissimus omnium, huiusmodi presidium occupare delegisset: et quod saluberrime ad relevandos oppressos fuisset institutum, iniustitie patrocinium arbitraretur. Experimento suo brevi cogniturum, recte an perperam egisset: eadem illi postea abbate nostro presente repetentes, magnum illi incussimus metum. Octo ferme dies in ipso monasterio egimus, cum abbas ipse ducatum porcis cernentem, ut se libere permitteret nobis, appellationique sue renuntiaret: id quod sibi unicum remedium superesset inclinare non potuit: ne iohannes quidem sacerdos, senior noster amantissimus. Placuit denuo episcopum nostrum atque ipsius vicarium visere, nec dubium fuit porcem quoque ipsum eo concessisse, quod ex eo tunc animadvertimus, quod ipsius vicarii a porce instituto et rigore relaxata videbatur intentio. cunctabundusque redit. Et verbis porcis ipsius certiores rei ipsius facti postmodum sumus. consultationem pauli se apud eum vidisse. Placuit fantinum virum optimum amicissimumque invisere, uti quoque eius iure nostra consilio uteremur. Est enim preter peritiam iuris summam: bonus ac religioso animo et pio. Ei cum post salutationis verba solemnia, singularemque nobis prestitam humanitatem: negotium omne exposuissemus: sententiam quoque pauli nostri iuris consulti legisset, eam approbavit, agendumque nobis cum porce severius censuit. modice nobiscum expostulans, quod vincentino porce vita functo, nimium usi essemus leniter. morique sine pena permisissemus. Satisfecimus illi conabiter: quod eo profectis multa eius merita plerique dixissent: nullumque ferme adversum eum tulisset testimonium. Accedebat quod tunc vel simulata infirmitate vel vera vexato uti inclementius non licuisset. Consilio tantorum virorum rem gerere cupientes fregit abbas noster: dum ea nos lactaret spe, porcem se nobis nostroque permissurum arbitrio. Accessit ad nos illuc et hieronymus heremita noster, qui tum e concilio reversus morabatur in sancti mathie monasterio. Amovere illum ex heremo animus erat: quod contra pontificem eugenium, et quidem a nobis inhibitus multa egisset. Susceptus tunc tamen benigne a nobis est: pontificisque et nostras iniurias

ad s. mathiam ubi et hieronymum de praga et concilio reversum.

dissimulavimus: quas ex literis abbatis nostri de carceribus didiceramus. Sexto
ferme postquam eo adveneramus die: nuntius affertur priorem se fuge velle
committere. Tum vero non iam ulterius dissimulandum rati, abbati non sine
commotione que in nostram notitiam venerant nuntiavimus: et velle ex-
pirari quid facere possemus adiecimus. Postridie mane summo incle-
mentiore celo navigio illuc advecti: comitantibus abbate de carceribus
et priore orbisii una cum sociis nostris: priorem et omnem congregationem
convocavimus, adhibito et Iohanne sacerdote seniore. Premissa solemni
exhortatione causam nostri adventus aperuimus. questi que animo quoque placida
et infamiam ad nos de eo allatam: et literas nomine conventus missas sub-
scriptas que plurimorum manu, querelas que ingentes exposuimus: quibus
commoti priorem ipsum ad forum livii evocassemus. districtiore precepto atque
ille citatione appellasset ad presentiam protectoris: ostendentes que ex ap-
pellationis forma frustra fuisse appellatum. Priorem ipsum monuimus
blande, uti appellationi interposite renuntiaret. atque veniam po-
stularet culpe: simulque ut se permitteret in omnibus arbitrio nostro, ad hec
ille consurgens inducias ad deliberandum postulavit. Nos ad hec: Itane,
mora ad deliberandum, an humiliari prelato debeas videtur necessaria.
Sicine te docuit religiosum quod profiteris institutum, ut an tibi ve-
nia sit errori postulanda cunctabundus inquiras. An tu non eorasti
quam monitis nostris, frivola immo maliciosa tergiversatione parere negle-
xeris. Certe si nihil deliquisses aliud: vel iniqua ista cunctatio
tua severiore censura punienda erat. Damus tamen recogitandi spa-
tium, atque monemus ut salubriter cogites. Dimissa tum congrega-
tione ad separatam nobis cellulam concessimus, pauloque post priorem
non adesse cognovimus. Venetias clam ille secesserat metu perterritus
ut imploraret amicorum opem, quod ex eventu comprobatum est. Redeunte
vespere duce incepimus cur incessitis nobis usque discessisset. Postri-
die convenere plurimi nobiles causa adventus nostri, et omnia priori ob-
iecta ingerentes. Aderat cum ceteris Iohannes venerii prioris propinquus
adulescens parum moderatus. Eum in monasterio sancti michaelis multa gar-
rientem romanis pleno rursu, repressimus prius: et modo concilio abesse
iussimus. ne clamoribus obtunderet nos. nam fremere iam inceperat.
Id et si moleste ille tulit, ab omnibus tamen approbatum est. Nobilibus il-

grate respondimus, & quamodo obcausam adessemus aperuimus: ut
suis periclitanti mon̄ quod eis ēēt carissimum opem ferremus. Crimi
na priori obiecta: non posse anobis honeste detegi. Pareret qui istud
postularat verecundie vrē: istud ne abeo quidem licito inquiri. Ceterum
qn̄ fieret inquisitio diligens si cause patrocinium sumere quispiam illorum
vellet: aut prō pore testimonium ferre grate ac plibent admittendum.
Non deerat illic iureis consultus vir gravis, q una cum ceteris nobilibus
nr̄am constantiam valde probaret. & eum q istud postularat leniter
corripet. Protrahentibus inmultam horam amicum s̄monem: delecta
bat enim nos virorum gravitas singulari coniuncta comitati: inter
venit Marcus dandulus unus ex ◦ m̄oreis civitatis: homo severus
& integer. Is ubi nos inhoc intendisse animum vidit: ut dereo inq
reremus: fuit enim ea semp mēa s̄nia, p̄orem ipm iussu ducis
adconcilium proficisci oportere, ait. & ferme nobis ulteriore pcessu
interdixit. Nos adhec & ducem ac civitatis p̄ncipes vereri: atque in
honore hr̄e diximus: ceterum istud iniussu summi magistratus
& ipius imp̄mis ducis nequaq̄ gerere. quippe quibus p̄ore illo ad
ventu nr̄o iure ista spetiatē opem suam non defuturam dux ipe
benivolentissime ēēt pollicitus. Mirari huiusmodi homine certe nul
la iure excellentem hac tempestate adconcilium mitti: nō huiusce
defensoribus tempus egere. Adhec ille cum ceteri ◦ leniter arridens
insp̄na pstitit tam. Tota s̄monis nr̄i rō qui tribus ferme horis pro
tractus est, illa fuit. prospiciendum ēē mon̄ij integritati & consuera
tioni, quod nobilissimum certe & ipi plurimum diligerent. & cui
gratissime afficerentur. Ita p̄oris p̄sone ac dignitati consulendum,
ut pluris tam constaret religionis decus. Nos huius tantum rei grā
eo advenisse, ut mon̄ iam iam labenti opem ferremus: facturos id
inspirante deo si impedimenta demedio fierent. Nempe si ipi quod mi
nime arbitrabamur obstitissent: mon̄ij ruinam sibi imputandam.
Orare uti opem suam potius ferrent: nr̄am q₃ umarent voluntatem
Superbiam p̄oris nequaq̄ tollerandam q evocatus anobis, nulla le
gitima impediente cā ire noluiss̄. nos q₃ necessario illuc ire compu
liss̄. blande q₃ anobis adhumilitatem provocatus, deliberandi inducias

postulass̄

postulass. Fratres ut eum facti sui peniteret. ipsi decernerent an reli
gionis perfecto subditi esset tolleranda superbia & contumacia: q certe
inter p. sue pulcherrima & seuerissima administratione: incon
tumaces durissime animaduerterent. Postremo nostro labori parcerent.
nam aut irritum aut infructuosum nollent. Ad hec illi gratissime ma
gnaque cum grauitate responderunt propositum nostrum atque uolun
tatem precipuo affectu uenerantes. qui ut monasterio succurreremus: quod
ipsi summe diligerent/tantum laboris adsumere nobis uoluissemus.
Prioris superbiam se exhorrescere/qui uel initio nequaquam nobis pa
ruisset/uel humiliari sponte oratus renuisset. hunc se uerbis ita
castigaturos ut plane posset aduertere se deliquisse. Orare uti eius
misereremur: si se sponte sua humiliare/nobis que ex toto permittere
uellet. inquisitionem istiusmodi interim omitteremus: ne in aures
secularium religionis dedecora penetrarent. ne qui edificari ex
nobis debuerunt/scandalum sumerent. curaturos ut erratis suis
ueniam postularet: cetum id de nobis sperari ut si se libere nostre po
testati omni abrogata appellatione committeret: in officio priori se permit
teremus. Nos cum id polliceri blande renueremus/ex consessu
surreximus. Deduxerunt nos uiri illi summa humanitate precipua:
nostramque humilitatem ultra merita summe uenerati sunt. & in primis
marcus ipse dandulus: facile ciuitatis principes. Iacobus donatus: & ur
sattus Iustinianus meus. Salutati officiosissime priorem accitum uerbis
& contumelijs egerunt/inque illius superbiam acriter inuecti: exegerunt
uti nostris per omnia monitis obtemperaret. Si cunctari pergeret: quos pro
nos habuisset. aduersarios & hostes habiturum. His ille territus &
ferme exanimatus: facturum omnia pollicitus est. Postridie rede
untes memorati uiri/secum adhibuere cosmum & laurentium amicis
simos nostros: quibus nihil a nobis denegandum merito sperare poterant.
& nostris omnino & exulibus. Victi tandem omnium uotis: ita demum
cessimus ut aperte simus protestati priorem ipsum nihil ex his que polli
ceretur acturum: penitentiam que illos postremo subituram/qui nos precibus
flexerint. nam permisimus rigore instituto uti. Eum hac conditione penitentem
suscipe: ut abrogata solemni appellatione: se omnino permitteret nobis.

monii que dispositionem omnem: causam preterea bononien monii:
sententiamque adversus priorem quam contumax et iussis nostris non obtemperans
obtinuisset: in dedecus nostrum conscinderet. Hec omnia illis insistentibus
acturum pollicitus est. Volebant etiam illi rem celeriter transigi:
Nos ad hec conabiliter excusantes toto astante conventu: hec omnia
fieri oportere respondimus: Neque enim fas esse publice admonitum secre-
tius peniteri. Placuit omnibus ratio nostra: sicque ut fieret orarunt. Re-
morati dies aliquot: prestolabamur dum prior que admonitus fuerat
exequeretur. cum propinquorum consiliis immutatus secrete indies
hec atque illa moliretur: et verba tumoris plena iactaret. Non itaque
ulterius differre visum est. Aderant nobis qui antea semper abfuerant:
Eis primo adhibitis quid facto esset opus agitantes, convocata congre-
gatione omni, priorem ipsum, tabellione parato, quid tam tanto inter-
vallo deliberasset inquisivimus. Cum ille se adhuc cogitare velle re-
spondit. Indignati quod tam stulte nobis illuderet. tabellioni ut cunctum
rei ordinem, et nostras inquisitiones scriberet iussimus. obiurgantes
illius procacitatem quod tam licenter ac petulanter ageret nos. Postu-
lavit ut modice permitteretur egredi consultaturus et brevi re-
diturus. Abiit. rediit: posito que genu: veniam inquit si erravi po-
stulo. Ad hec nos commoti magis, veniam sine peccato minime neces-
sariam diximus. Atque ad omnes conversi, quam pulchre iste iocatur.
qui nobis ac si pueris utitur. Scribe tabellio istius verba: et nos te
ab officio suspendimus ad priorem conversi diximus. excomunicatumque
pronuntiamus, conventuique precipimus ne tibi in aliquo obediat.
Excipiente tabellione sententiam nostram, ille appello inquit ad protectorem.
Scribe tabellio: Et nos appellationem istam tuam, ut frivolam
et nullam non admittimus. excipe tabellio: Postea priore abire
iusso, nec usquam monasterio egredi, dyonisium qui vice prioris fungeretur con-
stituimus. congregationemque brevi ac necessaria admonitione hor-
tati sumus ut orationi insisterent, remque nostram divine pietati commenda-
rent. Dimisso cetu Leonardum nostrum Iustinianum offendimus nos
prestolantem. Complexi amicissimum hominem cunctam rei seriem

illi exposuimus. Et quoniam agebat in rebus oravimus impedimentis
amotis: nostram firmaret intentionem. Libentissime operam atque operam
pollicitus suam, ut venetum ibi priorem illo amoto constitueremus
admonuit invidie declinande causa. Die ipsa consueta in cellula
colloquentibus nobis: aderant autem omnes ferme nostri: Iohannes venerius
quem supra memoravimus, una cum fratre et aliis quibusdam repentinus
ac turbidus irruit, et importunis clamoribus: manibusque violentis
hostia ferme perfregit. Admissus intus preter iniectionem manuum, nul-
lo contumelie genere abstinuit: verba in nos plena iniuriarum ac
dedecoris evomens, et ubi nam esset inclusus prior ingerens, quem cu-
stodia detentum comperisset. Inspicere cuncta furiosi proximum videretur
insanie. Nihil enim ille quod furenti in buccam veniret omisit.
Nos furibundo illo et ceteris qui advenerant iisdem frementibus
amoveri iussis, nam aderant nobiscum plures, nostras iniurias egre
ferentes: pulsis mandari iussimus; nos quidem istiusmodi non mereri
contumelias, nec quoniam veneti non essemus, arbitrari nobis iustitiam
in civitate iustissima denegandam. Iniurias nostras domino nuntiandas
et vindicari permittendas. Ad hec illi metu perterriti, sana tandem
mente recepta ut demum intromitterentur orabant. Repulsa hec illorum
postulatio durissime est. Admissi tandem vix. nam se non aliter di-
scessuros asserebant. provolutique genibus nostris, veniam sibi a nobis ma-
gna cum humilitate postularunt. Benigne respondimus, atque di-
misimus trepidos tamen. Displicuit omnibus hec illorum intemper-
antia. Prior ipse profectus ad nos, multum excusabat se auctorem
eius rei non fuisse. displicere sibi plurimum; orare ut hoc illi non
imputaremus. Paucis redditis verbis abire iussimus. Advenerat
per eos dies ad monasterium Uguccio vir magnificus et nobis imprimis carus.
Huius quoque perquisita suffragia sunt. nam cum in domo essemus Cos-
mi nostri misit qui instantissime priorem ipsum nobis commendaret. sibi
acceptum referendum istud beneficium asserens. Nos et Laurentio presente
et aliis quibusdam, veniam dari non posse nolenti et renuenti ceterum
facturos cuncta libentissime, dum tanto viro et optime de nobis me-

rito morem gereremus / modo ille congrue humilitati consentiret.
Ea ipse die illuc quoque aduenerunt nos amici quos supra memorauimus
qui & inmon° quoque ad nos ante conuenerant. causam tante mutationis
& perturbationis inquirentes. Nos quid de priore polliciti eis essemus
admonuimus: facturum scilicet nihil ex his que promisisset / cunctumque
rei geste ordinem deinceps aperuimus. Obstupuere uesaniam hominis:
nihil quoniam nobis imputantes / ipsum conuitiis castigare pergunt. Nos
va quid de priore polliciti eis essemus admonuimus. facturum scilicet ut
inquisitionis negotium prosequi / atque ad priuationem procedere uelle
protestati: ad amicos ideo concessimus ut et satisfaceremus officio:
uxoribus illorum quoque uisitatis ac liberis. & ducem salutatum uenimus
omne illi negotium expositurum / & uti ne priorem ipsum ad consilium
ne sineret postulaturi. Interceptum istud officium meum est: non aliis
quam amicis aditum nobis obstruentibus: qui dum comitari euntes uelle
profitentur: intro ingressi ducem occupatissimum audire nos non posse
retulerunt. Redeuntes ad monasterium adiere uicissim sibi succedentes.
atque impendio postulantes uti penitentem priorem reciperemus: primasque
conditiones non renueremus. Victi tedio ita consensimus / ut eos
ruine monasterii auctores fore protestaremur. qui nos non sinerent ul-
cisci incontumacem. Sibi imputarent si res non bene succederet.
Demum congregatione omni adhibita: confitentem camen ue-
niamque postulantem primum ab excommunicationibus absoluimus
uinculis / & offitiales in monasterio constituentes principales ita illi ad
ministrationem restituimus: ingrate id quidem omnibus fere admit-
tentibus / & se migrare inde uelle asserentibus / id quod fore nobilibus
illis predixeramus. Egimus ibi purificationem beate marie / missarumque
que solemnia celebrauimus. Displicuit id factum fere omnibus meis
quod aliter tamen fieri non potuisse confessi sunt. Obsistente hinc nobilium
instantia: inde prioris penitentia & humilitate / quam tunc solum
uidimus & despicere nequaquam ualuimus: precipue cum si conueti
ad bonam frugem uellet / industriam illi non defuturam sciremus.

Alia ex parte indicta sibi ad concilium profectio urgebat quam aver-
tere ipsi nequaquam poteramus. Iohannis venetiis dona consulto respuimus: nam
magnifice donaverat nos ne placati muneribus sententia decessisse vi-
deremur. Magna civium gratulatio praecipueque nobilium illorum orta est:
multumque se debere nobis fatebantur: vades se sponte offerentes prio-
rem in bonum virum evasurum, et omnia nobis grata facturum
siquando desisteret, nullos ei futuros infestiores inimicos. Donis nos
plerique prosequuti sunt: et inprimis Marcus Dandulus vir magnificus
et Iohannes Cornelius. Per eos dies Bernardus quoque Iustinianus Leonardi
nostri filius egregie indolis adulescens: uxorem duxit, et alii plerique no-
bilium. Complures amici tum veteres tum novi magno nos affectu su-
sceperunt. Andream Iulianum veterem amicum nostrum: et ipsum cum filio
nuper uxoratum tunc primum vidimus: atque illo officiosissime accepti
sumus. Vitas omnes absolvimus Patavio advectas: ipsasque cum duobus
Hieronymi epistolis ex codice Francisci nostri Barbari sumptas Floren-
tiam misimus. Priorem ipsum sepius ac secretius allocuti, ad bene vive-
ndum hortati vix unquam bone aliquid spei reportavimus: ingenio illius
explorato vario et inconstanti. Monachos omnes et praecipue nostrum
Dionysium hortati ad perseverantiam, salutaremque tollerantiam neque
studuimus: et blanda promissione relevare: cum omnes hunc sibi prae-
fici graviter ferrent. Paulus Parentinus sepe honestis muniusculis
nos honoravit. Anulum nostrum Stephani Porcii donum innovandum
curavimus venustissime. Visitavimus et Thomam episcopum, eius libera-
tioni congratulaturi plurimum, acceptique sumus benignissime. Mensem
ferme integrum remorati pridie quam inde proficisceremur, adivimus
abbatem nostrum: vale facturi: Advenerunt illuc amicissimi nostri Cosmus et
Laurentius sermonem quoque diutissime protraximus, cum ab invicem se-
parari non possemus. Non defuerant ex nostris qui nobis scriberent: ple-
rosque Florentie existimare nos eo concessisse visendorum tantum gratia:
ac proinde invidiam nobis conflatam esse. Respondimus continuo, falsamque
opinionem confutavimus, non esse tam leves admonentes, ut hyeme me-
dia asperrimo celo, eos visum pergeremus, quos adhuc semper videbamus.

Non fuiſſe falſa que ſcripta fuerant, reverſi poſtea didicimus: que
ſuo tempori reſervamus. Laurentio nos ſeorſum orante uti explo-
raremus, ſi qua ſpes pateret reditus: amicos a nobis emiſimus flentibus
flentes. Abbati cum profectionem noſtram aperuiſſemus moleſtiſſime tulit.
dolens ſibi ſpatium nos alloquendi datum non fuiſſe. Plurima neceſſa-
rio nobiſcum conferri oportere. Nos adventum pontificis ad noſtram ci-
vitatem, qui mature affuturus ſperabatur allegantes: cui occurrere ex officio
noſtro inſtituerâmus, hac demum ratione placatum animum illius. Quid
de vicariatus officio ſibi a nobis collato fieri vellemus percontanti, et atque
excuſanti, reſpondimus nos quidem cupere ut iniunctum peragerat munus.
ſuo tamen arbitrio totum permittere: ſive integre: ſive ex parte officium
implere vellet: ſive ex toto dimittere. Grata enim omnia laturos
que ille geſſiſſet. Aderat ſimonibus nris & iohannes muciani archipre-
ſbiter ſenex. Is eo a nobis reſponſo edito: abbatem intuens: non poteſt inquit
pater iſte nec melius nec aptius, nec tue voluntati convenientius reſpondere.
Abbate ipſo hoc ipſum confitente ſurreximus. Egit gratias abbas quod prius
verecundie conſuluiſſemus. Et nos viciſſim priorem monaſterii atque commen-
davimus. Deducti ab eo cuncta nos congregatione proſequente magno
affectu ſumus. Oſculatique omnes & ſuper eos benedictione fuſa, nos
orationibus eorum commendantes: ad navem deſcendimus: abbate ipſo illuc-
uſque proſequente. rurſuſque cum lacrimis amplexante nos ac deoſcu-
lante. Profecti cum presbitero noſtro ad ſancti mathie monaſterium venimus, noctis
iam incumbentibus tenebris. Inſtrumentum totius exacti negotij pu-
blicum petebamus: cum tabellio formam ipſius afferens legendam
nobis dedit. Minus longe quam oporteret plenum, repudiavimus: presbiteroque
illi: aderat enim: tradentes quidnam ipſe ſentiret ingerebamus. Atque in
priorem acrius invecti, cur adeo perverſe ageret: nec vel prius admonitus
acquieſcere vellet ac reſipiſcere. ſed aſtu & arte nobis illuderet quere-
bamur. Delenda omnia que facta eſſent, remque prioribus terminis
reſtituendam. Ille perterritus & hec atque illa allegans tandem ut ad
noſtrum arbitrium inſtrumentum corrigeret admonuit tabellionem. Ita de-
mum compoſitis rebus inde diſceſſimus xiij. kl martii. comitate

nobiscum petro monachorum monacho ut uincentiam ex patauio iret. Fuerat
enim grandis de rebus preteriti prioris uincentini controuersia: priore sancti
matthie allegante omnia adsuum pertinere monasterium: unde ipse illa secum
asportasset: qui omnem sui monasterii substantiam habuisset inmanibus: ergo
uincentinis ciuibus sancti uiti esse assentibus. egerat prior ipse ut litere aduice
scriberentur prefecto uincentino: ut que deposita erant nulli traderet.
idque postea quam ipsi uice nostro depositario mandarj iussimus/ ne res ipsas
alijs quam nobis/ aut cui ipsi iuberemus assignaret. Fuerat demum ista
concordia: res omnes preter libros: priori loci consignandas: libros
uenetias mittendos futuros apud abbatem nostrum donec diffiniretur
cuius essent. Credita siqua repperirentur pecuniarum sancti matthie esse:
Inceptus anobis est dure quidem fuerat prior ipse quod gesta per nos tanquam
tanquam retractare ausus fuisset. Vasa uitrea pulcherrima bartholomei
summi propheticis prioris que munus/ et medicatum zinziber. ac the
riacam/ salsum que piscem nobiscum ferebamus. Ipsa die patauium
uenimus/ diuertimusque ad consuetum hospitium. Postridie abbatem
nostrum decretis cum petro monacho et famulo nostro: uincentiam misimus.
perspecturos res ipsas/ et libros secum platuros. Nos ibi remorati sumus
reditum eorum prestolantes. Hermolaus uir barbarus/ nos et adijt
officiosissime/ et conuiuio quoque excipere uoluit/ multaque de singulis rebus
nobiscum contulit. Redeuntes nostri libros detulerunt/ et quedam
ex spolijs defuncti/ que ingrato priori ferme extorserant inuito et
renitenti. Subsecutum e uestigio priorem obiurgauimus/ ingrati
tudinem exprobrantes. quod ignarus consuetudinis atque humani-
tatis expers/ uilia quedam nostris denegare ausus fuisset. Excusantem
ueniamque postulantem dimisimus. Multa franciscus conuersus quem
abbatem sancti michaelis locutus nobis secretius. co ecitus se: quia improbe
et perturbate loquebatur. Mouimus patauio x. kalendas marcij: ipsaque
die ad monasterium nostrum sancte marie de carceribus uenimus. Abbatem ad co
milium proficiscentem procuratorem rerum nostrarum instituimus: pue-
ris que nostris salutatis/ et abbate multum exorato ne illos sine magna
solatio relinqueret/ ipsum enim secum uelle ad comitium ducere profitebatur.

Patauii uen.

ad mon. Carcerum

profecti ſumus. Venimus ad mon̄ de uangadicia viij. kl. mart. ibiq;
amicō abbē lautiſſime accepti, quedam emendare perreximuſ. Pleriq;
illic nos conuenere. Remorati biduum neceſſario ſumuſ: dum res
nr̄e naui ex patauio adueherentur. Inde cum honore deducti cum
ipa die bononiam pertingere poſſe putaremus: ad caſtrum cui cento
nomen eſt itineris malignitate peruenimuſ xij. ferme milib; paſſuū
a bononia diſparatum. Sz enim anteq̄ moueremuſ mon° ſcriptiſ ad
ugutionem illuſtrem lrīſ, orauimus uti ex marchione lrāſ impe
traret per quaſ ſaluiſ cum ſarcinuliſ nr̄iſ per omne ditioniſ ſue territoriū
tranſire liceret. Tranſitus lrāſ h°mōi apellant. Ille nō modo que pe
tebatur indulxit, uerum ipē quoq; ſcripſit ſuo nōīe lrāſ mandanſ
omnibuſ per quoſ tranſituri eramus uti noſ hr̄ent honorifice, & iti
neriſ comiteſ ſi poſtularentur accederēt. Miſit preterea fideliſſimum
ex ſuiſ hominem, qui nobiſ occurreret caſtello cuidam uiriſ ſui pro
pinquantib;: nos q; ſuſciperet apparatu permagnifico. Ubi eo uenim°:
quod intempeſtiuū eſſ&: ſimul ut conſtitutum conficeremuſ iter: ma
nere uel modice paſſi non ſumus: grās tamē egimuſ tanto in noſ
affectui ſummi uiri. Eam noctem ibi remorati apud monachū nr̄ū:
Bononiam acceptiq; laute ſatiſ ac ſplendide ſequenti die bononiam uenimus.
Ibi amiciſ maxima gratulatione ſuſcepti: poſtridie famulum & iumen
ta ad abbem nr̄ūm deroti q in uangadicie mon° neceſſario reſtite
rat miſimus: hortanteſ & orantes lrīſ ut maturaret reditum:
Diuertimus aūt ad mon̄ nr̄ū angelorum, ubi frequenteſ ad noſ
amicorum & maxime nobilium fuere concurſuſ. Albertus. caroluſ.
romeus. borniuſ & compluresſ alij ex ſatiati conſpectu nr̄o colloq; q;
non poterant. Multum certe in illis humanitatiſ offendimuſ. quam
indicijs illuſtrib; pre ſe ferebant. Aderat tunc franciſcuſ ſoderinuſ
legatuſ ciuitatiſ nr̄e: uir pp̄a ſane gratuſ & facundus. Eum alloq
cupientes ut ad ecclam ſancti damiani proficiſceretur orauimuſ.
Paruit libentiſſime per humanuſ iuuenis: ſermonem q; prolixum hītū.
De reuocandis amiciſ nr̄iſ an ſpe ſulla eſſet rogatiſ rem factu perdif-

fidelem / plurimis sermonibus dixit. Multa in hanc rem contulimus / nihilque
spei retulimus. licet ille ut aliis florentie congrederemur admonuit
suum in hac re iudicium non pluris faciendum quam ceterorum dicens. Pau-
cis ibi diebus commorantes fratres nostros sancti dominici uisitare curauimus.
Ancillas item christi filias nostras in monasterio sancte christine adeuntes in timore
dei & sancte professionis instituto prouectibus confirmare studuimus
non tacentes que uenetiis conspiceremus atque ad angelice puritatis imi-
tationem prouocantes. Admissa est maxima cum gratulatione nostra ex-
hortatio / mirumque in modum ex nostro ore pendere uidebantur. Iussa
nostra demonii claustris executas comperimus atque in dei rebus proficere
in dies hortati sumus. Vidimus per eos dies sacras ciuitatis edes.
Scripserat ad nos stephanus porcius cum adhuc uenetiis essemus.
orans ut domum nostram que socii est bononiense decedenti magistratu
permitteremus. cupere enim tantisper otio uiuere. Sero reddite litere
effecerant ut tardius rescriberemus. Itaque nostris omnibus mandauimus
uti memoratum stephanum ita susciperent / ne quid diligentie deside- Nil deside.
ratum in eis possemus deprehendere. Domum ipsam non solum usibus plurimo potius
eius permitterent / uerum necessaria omnia prepararent. lectos. uini. socii
ordeum: paleas: & cetera usibus amici necessaria. Profectus ille est commor
non expectatis literis nostris. quippe hieme urgebat. que multum in hor- anti.
ruerat. Sed tamen amicis licet minime admonitis acceptissime fuit.
& imprimis amaratoto nostro: qui quod eum nobis carissimum sciret: nihil agere
omisit / quamquam minus quam uellemus actum ipsemet nostris postea literis admo-
nitus: excusauerit sibi non fuisse suo tempore redditas. Moratus est ibi
uir amicissimus tanta cum gratia / ut omnem circa regionem effecerit
ferme uiciniam sui / omnesque miro illum uenerationis prosequerentur
affectu. senes: iuuenes: mares: puelle & ipsi postremo pueri atque
infantes. Nihil in eo nisi plenum auctoritatis & gratie. Denique men-
ses ferme quinque remoratus grande sui desiderium reliquit omnibus:
deduxereque abeuntem senas usque iuuenes ferme centum. Deuinxe-
rat sibi omnes: benignitate: liberalitate / modestia / pudore: spetie:
comitate: Nullas ibi rixas nulla iurgia / eo presente consita certum est:

Veteres discordias et inimicitias antiquaque odia: non prius destitit quam substulerit omnia. Nihil in eo insolens nihil impudicum nihil indecorum verbo: facto: signo: unquam dephensum: Verum ut eo unde paulumper aberravit redeat oratio, bononia deducentibus claris equitibus romeo atque carolo et nostris vii. idus martii profecti die ipsa florentiolam venimus: inde postridie ad monasterium sancti petri de luco. Ubi accepti grate, visitationis officium exercere instituimus: diutius obmissum ea profectione nostra venetias quam supra exposuimus: Peracta inquisitione solemni, multa pro tempore utilia ibi constituimus et servanda mandavimus. Iurgiosas quasdam et garrulas atque inquietas corripuimus acriter. Ut puellas vel quatuor susciperent mandavimus non generis nobilitatem, sed ingenuitatem indolis eligentes, easque ipsas gerardi mulieri gravi, in disciplinam dacent educandas religiose ac regulariter. Stipendium annuum quod ex toto nequiverunt vel medium tulimus: grave licet id quibusdam sit visum. Compositis ad laudem dei quantum ipse donaverat rebus: eis vale facientes et suadentes persistere in disciplina domini, et in religioso et sancto instituto profecti sumus. Rem illarum, prefecto regionis A. a carolo antiquo amico nostro commendare preximus, cum illum adissemus salutandi gratia: A beo accepti gratissime prolixum sermonem habuimus de negotiis publicis. Ipsa die videlicet xvii. kl aprilis ad nerum dive sororum sancte margarethe profecti: porem visitavimus ex instituto nostro. Ibi tristi admodum perculsi nuntio: florentiam petere coacti sumus. Quippe unam ex filiabus nostris oppressam ab impuro et impudico homine. b. propinquae partum. Turbati sinistris rumoribus, simul et rei indignitate commoti ea illuc intentione concessimus: ut si vera fuisse dephendissemus que dicerentur, hominem illum infamem monasterio suo pertractum vinctum atque captivum duceremus, exemplo ceteris futurum: Ubi ad locum applicuimus iacentem illam quidem invenimus: sed partu levatam iam, an alia infirmitate detentam, explorare tunc minime potuimus. Indicia quedam licet id attestari viderentur, que sponte moniales nostre prius ipsi dephenderunt. Surrexit illa perturbata nostro adventu repentino: nec tamen cum secreti admoneretur a nobis, quicquam exculpere amplius potuimus. Et quoniam res ea suspecta multum erat: adhibere medicum ferme consilium fuit: qui secreta

mulieris inspiceret. et illius tamen et nostre uerecundie tunc parcere satius
duximus. Omnes plane de familia negare obstinatissime: ac ferme
indignari huiusmodi sibi crimen impingi: et non tranquillo sumus blan
da oratione adhortati, immo datas tamen anathematis uinculo, a quo nisi
a nobis absolui non possent. si mentiri nobis uoluissent relinquentes
Inde profecti rediuimus ad pratum uetus xv. kl: ibique in uico mon
sancte marie de poplena visitationis munus exegimus. Constitutis quibusdam
utile et necessario: transiuimus ad uisitandum mon. sancti iohannis euan
geliste. Ibi bona conuersatione ancillarum xpi multum recreati omnesque
ad perseuerantiam sancti instituti, atque ad profectum hortantes, plura
tamen eis mandata dedimus sue conseruationi felicibus que successibus acco
modata. Matrem monasterii prudentissimam feminam: et secretius mone
imus, lenitatis, modi que in uoce seruandi: et publice ut infirmiorum
morem gereremus: lenius tamen atque moderatius, ne illis aduersus
matrem superbiendi daretur occasio, si publice seuerius ageretur.
ac per id amitteret auctoritatem. Tulit hanc ipsam dispensationem nostram
grauius mater: nobisque quid sentiret exposuit, uereri ne indignior
deinceps haberetur. quod nimium confidentie ex uerbis nostris fortasse
sumerent: fieretque dissolutio metu sublato. Eam nos blande conso
lati et conabiliter admonentes: nos modum nequaquam excessisse monstra
uimus. omnesque postremo allocuti, matrem ut reuererent precepimus
statuta que nostra legimus, et inuiolabiliter seruari iussimus. Grate omnia
admissa sunt. Non defuerunt que ante excessum inde nostrum nobis
confiteri uellent. Puellam matris neptem religionis habitum et cupientem
et postulantem exaudire animus fuit: sed exploratis uotis omnium facere
destitimus. Licet hanc earum intentionem nequaquam probauerimus: matrique
iniunximus ut erudiendam curaret, et eisque imbuendam. Id postea mi
nime factum doluimus: negligentiamque reprehendimus. Profecti inde
ad nostrum mon. fontis boni. x. kl. uenimus. Antea uero quam peregrinationem
superius scriptam adoriremur: Ausitur amicus noster et paulus alius: uerba
nobiscum habuerant de permutatione quadam facienda cum filio nicho
lai benuenuti in hunc modum, ut partem fundi monticuli se contingentem
traderet nobis. nos uicissim ex possessionibus nostris que erant prope flor.

[marginal note:] a vedere impetrare credibile illis fingeretis [illegible] servandum votum castitatis [illegible] nova [illegible]

[marginal note:] [illegible]

ei qtum equum eet pro compenſatione darem: eiſdem conditionib;
quibus monticuli fundum nihilominus nrum habuiſſ. Eam rez
q placuerat cum eis uicis tractandam: mattheo poci balnei: & bn
dicto cognato: nro pmiſamus: cum illi pter mentez nraz nobis irreq
ſitis concluſſe. Id primum in mon sancti petri de luco constituti bene
dicto referente didicimus: diſplicuit q concluſio & irronabilis &
contra intentionem nraz facta: eaq; res poſtea multum exercuit nos.
amicis illis nris multum ut executioni mandaretur instantibus: nobis
contra male atq in detrimentum nrum concluſam ab eis qui conclu
dendi auctoritatem minime habuiſſent. aſſentibus. Et pmo quide
auſturem ipm florentiam petentes obuium habueramus. q nos
fcē concluſionis admoneret. cui cum placide reſponſum eet. uter
ſuu quiſq pegimus: lris poſtea & nuntijs: frequentib; acti: nam
paulus ipe nos hui rei gra tertio adierat/ ferme uſq ad ſimultate
uenimus. Poſtremo comes nr puppien cauſe adhibitus arbiter.
ſs a nobis pmo burgi fuerat admonitus. Conijciebamus eni q auſtu
& paulus eo amico uterentur fore ut ſibi dece uerba facerent: cui
apud nos auctoritatem plurimu ualere nō ignorarent. Id quod uerꝫ
fuiſſe ipo poſtea comite nuntiante & rei exitu docente prepimus.
Demq exhorruerat negotium cum audiſſ tantundem fructuz
aſſignatum florentie qtum ferre monticuli illam ptem diceretur. Eius
rei gra dum eo pſente aliquamdiu contendiſſemus in hanc tande
ſniam conuenimus: ut ad arbitrium comitis negotiu exigeretur. Re
nuere ille: ſocios q ex religione nra poſtulare uel duos prexit. Ei
abbem camaldulen: porem q ſancte marg harite aſſignauimus: ſicq
diſceſſum e. Cunctantes h; onus ſuſcepe. congreſſi q comiti nihil tn
concluſſe: ſolis hinc inde diſcuſſis ronib;. Fraudem tuz ſuſpicati ſunt
nri eſſe in negotio. Florentie poſtmoz poſt longiſſimam diſceptatidez
res ea gcluſa eſt. Namq pmo comes ipe lris amico cuim circumuetus
ſniam tulerat in graue piudiciu nraz: ſcribens nobis lras quib; qd
eet geſtum amice ſignificaret/ quib; ualde gmoti reſcripſimus fraude
dem nobis fctam gquerentes: nz enim ut illi ſuggeſtu erat. ſniaz gſeſſa

nostro dictatam: sed menti nostre omnino contrariam tulisse. Venientes
ad nos Auditorem et Paulum una cum tabellione pupplici profecto e
contra admisimus, multumque conquesti sumus bone fidei nostre ita illusum
fuisse. Satisfacere illi studiose curantes, vix nostrum cohibuere impetum.
Tabellionem etiam ultra modestie limites contumeliis insectati sumus. agere
id perturbatione quam maximam ceperamus. Postea tamen pacifico et tran
quilliore animo res conclusa est. longe meliore conditione nostra. Nam pro LXXXVI
aureis quos assignarant qui primo rem gesserant. LV. tantum assignari sibi
perlibenter admiserunt. Verum ad curriculum temporis iam modice detorsi
redeat oratio. Florentia profecti obvios habueramus Senenses nobiles
qui ad Stephanum Portium pergerent: eum pretorem sue civitatis ele
ctum. Hi posteaquam Camaldulum concesseramus una cum Stephano ad
nos venere. Eramus tunc in heremo: quo illi videndi gratia, simul ut
nos salutarent conscenderunt: grateque pro loco et honorifice accepti
omnibus lustratis ad monasterium Fontisboni redire. ibique noctu quiescentes e
lectionem absentibus nobis celebrarunt. Comitem amicissimum nostrum
ex officio nostro prexeramus salutatum. multumque ac varium cum eo ser
monem habueramus. Exegimus autem in heremo ex nostro instituto
dies sacros: ipsi fratrum omnium pedes abluentes, et offitia cuncta pa
gentes, magna cum recreatione animi nostri, cunctorumque letitia.
Peracta solemnitate paschali institute visitationi operam dare perreximus.
atque ad Burgum Sancti Sepulchri profecti sumus. Monasterium primo sancti Iohannis
evangeliste visitavimus. discussisque diligenter omnibus, ex monachis
quosdam correpimus publice: multaque ad honestatem vite pertinentia
ibi instituimus. et tam abbati quam ceteris servanda precepimus. Abbatem
ipsum secreto correpimus, quod inrequisitis nobis temptare aliquid de permu
tatione ~~de~~ cum Bretonoriense abbate facienda presumpsisset: aditumque
omnem obstruximus rationabiliter: quod nec sibi nec monasterio conduceret ista mutatio.
Camerarium ibi Symonem priorem sancti Nicholai plena cum potestate con
stituimus. Adierunt nos illuc Henricus et Benedictus de Mutiliana
amici nostri et pro domino terre Nicholao agentes. hi nobis fratres suum B.
commendantes: orabant uti abbatem ipsi monasterio preficeremus. placere eis id

procuratio cum filio nostro de bonnemun

In gremio

ad Monasterium Burgense

dño opidi. Iniusta postulantes blande reppulimus: indignitatē rei do-
cumentis aptissimis pandentes. Abbem enim uerum bonum & populo
acceptum, remouere iniquū eē. uerum longe iniustius fore: si secula-
ris & qui nulla unq̄ religione instructus fuerit substituatur. magnūq3
omnibꝫ scandalum inde oriturum. Ne ipi quidem fēā suo conducere
si abbas pficiatur. Nam siquidem opes quereret: moñ non eē opulē-
tum, q̄ monachos plures substentare necessario oporteret, diuina
offitia dies noctuq3 celebrantes: nꝫ posse sine graui scandalo summoq3
dedecore aliter fieri. Si quietem appeteret, nihil mon° ipō inquietius:
quippe cum pter comunes & ppetuas occupationes moñ: abbas ipe
ordinarius oppidi sit, ad quem omnia negotia referri opus sit.
Si honorem, ē illud quidem honorabile moñ: sꝫ nisi cautissime agat
pro honore parere ignominiaꝫ. Si uoluptates non eē habitu religio-
nis appetendum quippe cum religiosum institutū cui° grā habitus
sumitur, sit uoluptati aduersissimum & infestissimum. His rōnibꝫ &
alijs plurimis, amici sui ut desisterent egre psuasimus. Venerat & ipe bi-
solus eadem flagitans, quem benigne acceptum uidem fecimus, & mei
ac sui honoris rationem hrē admonentes placide a nobis emisimus.
Comitem meum, nam tunc & ipe aderat inusitatum pgentes eo ipō co-
mitante admoñ remeauimus. Plura inuicem amice contulimus.
deq3 psona eius & meritis qui pficiendus poscebatur ea ex ipō didicit,
que animum meū uehementer commouerent. Et si qua fuiss& eius ad
aliud aliqd promouendi intentio: tota abuolauit. Ea parcens lege-
tium auribꝫ. referre obmitto. Amicissime ut semp admonuit hono-
ris mei rationem haberemus. Aduenerat eo & castellam epi fēē cu-
lteis ipi°: quibꝫ & expostularet, cur post sniam trinam proselatam ꝯ
moñ: abbas ordinarij munere pfunctus eet. postularet q3 uti sibi int-
diceremus. lrās executorias & compulsorias mittens: terrores intonates.
Aderat comitis mei cancellarius, ab eo adhoc missus. ut quid responde-
remus referret ad comitē. Hos & aplicas lrās reuerteri diximus, nꝫ
epō qn iura sua ingreret impedimento eē. Ceterum nō ignorare di-
gnationem suam post ultimam sniam me instantꝫ rome causa

in priorem gradum a domino nostro summo pontifice fuisse restitutam, eamque cardinali sancti Xisti tunc permissam impediendi executionem sententie contra eam indefensam late. Multis hanc invicem verbis ultro citroque habitis episcopo convenientia rescripsimus, et ita ut ex tristis vicis occasionem nullam querele aucupari posset. Verba tum de hac re habuimus cum ipso comite. Et cum postularet episcopus ipse ut ambo pupplum contenderemus et cognitore comite iura nostra vicissim proferremus, comesque ipse ita faciendum arbitraretur: nos quia iura nostra Rome omnia remansissent impossibile id quidem tum esse respondimus. Daretur spatium scripturas illas adhibendi, nihil nos detracturos. Ceterum si ex posita librorum sicut ut pollicebatur iura tantum sua allegare posset: nosque ut porte ipsius rei rudes nihil obiicere contra possemus, nobis maximum preiudicium fieret. Vix comiti satisfecit nostra ista ratio et quod putaveramus impositis prestare cognovimus. Visitato burgensi monasterio: votisque civium plurimorum quos ad hoc vocari feceramus exploratis: atque ex illorum testimonio abbatem rite preesse ac sollicite munus suum exercere nos certes. et plebi oportune satisfacere: letiores facti deo gratias egimus. Convenere pleri que civium tam monachi cum episcopo castellano intentissime nobis commendantes. Polliciti sumus omnem operam exhibituros nihilque omissuros diligentie dum iura sua monasterio inviolata fuerint. bonaque spe esse iubentes abire permisimus. Transivimus ad visitandum sancte Marghariete monasterium quod extra opidum est, breve quidem et femme dixerim inutile. Mulieres ibi satis multas invenimus: pro qualitate loci. Visitatis eis omnibus que discussis diligenter, illarum inopiam blade consolati sumus, et admonitis de pace ac tranquillitate mutua sollicite servanda, deque divino officio dicendo quandam procaciorem devotaminus atque duce corripuimus. Unam ex eis orati satraviumus: Post hec ad sancte Chaterine monasterium conversi: cum omnia diligenter inquireremus, comperimus feda vestigia: sacerdotis senis atque improbi. Qui zelotipia stimulante abbatissam loci insimulabat quam solitus esset depicere: et a qua repulsam passus: et alium sibi successisse eiusdem egre ferens, insanire videbatur. multasque proponens nobis querimonias

Mon. S. Marg. burgen.

+

lras ad eam directas plenas turpitudinis legendas nobis dedit. In his
et si nullus mulieris consensus apparebat, quia tamen illas receperat, non
potuimus non male suspicari. Itaque in senem acrius inuecti, eiusque pe-
tulantiam digne obiurgantes: lras ipsas seruauimus nobis: profectique
ad mon. uisitandi studio: cum matri sua dedecora non sponte con-
fitenti, lras esse penes nos exponeremus: turpitudinis admisse certum
argumentum: negare illa quicquam a se perpetratum mali: tre licet huiusmodi inter
uenissent impudici senis. Multis illam uerbis egimus. Et cum tamen
huius rei consideratione, quia locus ipse religioni nulla ratione esset ydo
neus: mon. ipsum destruere uelle diceremus: atque obfirmato ad hanc
rem exequendam animo, abbatem primo et prelatos alios misissemus qui
eam hortarentur sponte sua cedere: ne id pateretur inuita: iteratoque
ipsi illuc profecti essemus. Vicerunt nos prelatorum adstantium
preces, mulieris coniuncte lacrimis: ut eas sic stare permitteremus.
additis minis: siquando male rei aliquid comperissemus: nos eis ultra
nequaquam parcituros, sed locum ipsum solo tenus dicturos. Custodiam
illic instituimus: seruande clausure adminicula: sicque discessimus
uisitato primum priore sci nicholai illi adherente mon.: sibique diligenter
commendata monii ipsius cura. Rebus burgi compositis: decianum
uenimus: ibi que abbatem monii ipsius inuenimus marcotum nomine. Ve-
nerat ille primum cum pueris nostris dum burgi essemus. Et ibi tunc
nostrum prestolabatur aduentum. Accepti grate sumus: omnemque re-
parationem monii ipsius industria et opera: a primis sue promotionis
auspitijs factam collaudauimus. Discussione solemni celebrata:
datisque et acceptis ratione posita, profecti: ipsa die camaldulum uenimus.
Stephanum portium prioris socii salutauimus, a quo et anulo do
nati specioso: pyxidulam onagrum ossis contra uenena potentis
simi: abbatis nostri sci michaelis donum, sibi largiti sumus. Fuit nobis
cum heremitis nostris per id tempus frequens tractatus de reparatione
tum monii, tum religionis, minimum quod semper solatii inde reporta
uimus: cum homines ipsi contemplationi ex suo instituto dediti:
actioni magis insuiere atque ut commode pgerent: semper quasi sua st

ingrentes: nec suis necessitatibus fieri satis conquerentes. Innasatur illorum irrationabilis metus et uana omnino suspicio nos pellere eos inde constituisse. nec dissimulaverunt quin hunc assensum suum nobis aperiret. Blande increpitos admonuimus leuitatis sue: qui tam facile presumpte opinioni acquiescerent. dicerent quod umquam ex nobis percepissent inditium ut merito ita suspicari debuissent. semper in honore ac delitijs habitos ac si delicatos filios. Numquam a nobis uel simplici sermone contristatos, nisi amoris et beniuolentie signa nulla in eos emanasse. Penituit eos stulte et uanissime opinationis sue. nec tamen admoniti destiterunt. multumque nos exercuit illorum insipientia: ut singulatim cuncta referre omittamus: quia sine uerecundia nostra id facere nequaquam possemus. ad quos merito refertur quicquid usquam mei delinquunt. et abbatis maxime qui propinquiores sunt nobis. Scripsimus ad eos litteras graues: illorum explorato consilio quod utcunque hieronymum reuocare instituerent. omnem istiusmodi illis facultatem adimentes sub maledicto anathematis. Hieronimo de plaga expatauio scripsimus, mandantes uti ne ad heremum ultra remeare presumeret. quia in basiliense concilio contra pontificem eugenium a nobis inhibitus multum egisset nosque aspersisset iniqua infamia. sicuti et litteris abbatis nostri de carceribus et certis nuntijs fuerat significatum. Ille amaritudinis zelo concitatus ad cardinalem scripserat exemplar nostrarum litterarum mittens: cardinalesque omnes contra nos concitarat. ut ex abbatis nostri litteris certiores facti eramus. Rescripsimus et abbati ipsi et cardinalibus singulatim omnibus: uerum maxime protectori nostro quem commotiorem fuisse perceperamus, et sancti angeli et Bononiensi: et firmano. rationem facti nostri afferentes: quia non tam tuendi patris eugenij gratia aut iniurias illius uel nostras uindicandi quam rebus meis et quieti consulendi: ita egissemus. esse enim eiusmodi hominem solitarie quieti minime idoneum: sententie tamen illorum permittentes quid fieri de illo iussissent. Cardinali tamen sancte crucis: et religione professo: et nostri imprimis studioso: horum illius scelera aperte nudauimus. non mediocria sed ingentia et pijs auribus horrenda: Hunc tamen

In [illegible]

Contra Hieronimum de Praga

lric abbas nr exhibitis prohibitus abeo ē suas c̄tis reddere: tam hanc adsumere sibi disponente, atq; arbitrante fortassis quę sibi scripſamus alijs itidem scripsisse. Verum nos & psonarum habueram rationem & soli sibi ut religiosi instituti emulo ista apueramus. Ad uentus ad nos nri dionysij sollicitudinem addiderat nobis, quem porem claustralem reliquerámus insci matthię mon. Is a porte cum haberetur negligentius, plane contra nram intentionem, fuerat inde profectus, monij q; pessimum statum nuntiauerat nobis: quo nuntio ut par erat, p̄culsi: repente scripsimus ei quem sibi in carcis priordum ad consilium ucet instituerat. dolorem nrūz apientes, atq; ad consuationem familię hortantes: Abbati q; sancti michaelis lras dedimus: orantes uti ne monij ipsius semel sibi a nobis p̄missam linqueret curam: Dionysium ipm̄ remorari inheremo cupiente cum reditum ad antiquum nrum mon̄ neq; temptass. blanda pollicitatione releuare curauimus. Per eos dies cum nra negotia multum urgerent, ac plurimum difficultatis hre uiderentur: conuocare ad condictam diem platos omis ut nos studuimus: c̄sultandi gra, ut ad reparationem labentium rerum nrarum, quo nobis itinē p̄gendum eēt, exploratis singulorum sniis deliberare possemus. Conuenere ad xv. ferme, concilio & acto p̄sentib; heremitis nam adesse uoluerant sollicitii nequid c̄ se proponeretur: quę erant i causa exposuimus: capita plura proponentes, eis q; ut responderent singulis: & sniam suam explicarent: iure caritatis exegimus. Deliberare inter se p̄mum ac tractare cupientes nō ingrate admisim̄. indultoq; tr̄dendi spatio, quę nam illorum eēt mens postea & uerbis & scripto edocti sumus. ea omnia tractantes apud nos maiore ex parte approbauimus: & q̄tum donaret dns instituimus exequi. Ad mon̄ nrūz pratineteris inipi p̄pua solemnitate orati c̄cessimus, missarum q; solemnia p̄celebrauimus. comite nro cū omni familia adstante. Displicuit nobis immodica frequentia ex uetere lz c̄suetudine profecta. religiosę tam grauitati, & honesto instituto minime congrua. Quippe patefactis foribus: omnes

passim ingredi, prout cuique libitum fuerit pergunt: saltationibus et po-
culis vacant. quod summe iniquum et nepharium duximus. Ac licet an-
cille dei spectaculis istiusmodi non adsint: non possunt tamen non pul-
sari memoria consuetudinis veteris: daturque temptationibus aditus. Mul-
ta eo die cum comite nostro collocuti sumus tum de burgensis monasterii cum
episcopo castellano controversia tum de negotio permutationis super memo-
rate, rebusque aliis seriis: nec dissimulavimus quam introductam con-
suetudinem carperemus: sed et cum matre monasterii nobis presentibus sermone
illo usi sunt: Dimissa celebritate postridie convocato cetu omnem
dolorem pectoris nostri aperuimus. consuetudinemque vitiosam et pericu-
losam vituperavimus ~~et a sanctitatis instituto~~ nostre intentionis non esse
assentientes ut huiusmodi mos ultra observetur. qui sit vituperandus et a sancti-
tatis instituto prorsus alienus. hortati sumus ad honestioris emula-
tionem instituti et ad congruam professioni sue gravitatem, monasterii
claustra nemini patere admonentes: corroboratisque nostra admoni-
tione discessimus. Advenit post dies a nobis evocatus Sebastianus
abbas senex negotium permutationis cum comite acturus: adducto
sibi priore sancte Margarite: paucisque diebus nobiscum grate et
comiter vixit. Socium primo concessimus pariter: ibique ipsi eorum re-
ditum expectare decrevimus. simul ut si opus esset evocari e proximo
facilius possemus. Interim cum nostro Stephano morati sermone huius-
modi vacavimus. Reversos a comite nostros, et inde nobiscum proficiscentes
cum parumper modica potione recreassemus, Stephanus ipse deduxit officiosis-
sime, magnamque sui admirationem Sebastiano reliquit. non sufficien-
oris gratiam, sermonis gravitatem, habitusque et gestus dignitatem admirari.
Regressi ad nostrum monasterium Sebastianum ipsum post biduum a nobis cum
priore dimisimus. Exactis tandem plurimis et expeditis que pro tempore
emerserant, cepte visitationi insistere quam modice intermiseramus
constituimus. Confirmato ad id animo Arretium per vallem Arni pe-
tebamus ut expectationi prelatorum et offitio nostro satisfaceremus.
simul ut amico nostro prefecto vallis congrederemur, expetenti plurimum
adventum nostrum. Sed dum eo pergimus medio ex itinere, credo in

ſpirante deo mutato conſilio piſas ire inſtituimus. Et qm̄ exactores cleri a ciuitate constituti p̄ntiam nr̄am ſtudioſe requirere p̄ceperamus murum urbis circuiuimus: dum ad circum ſc̄i ſaluatoris mon̄ ueniremus. Ibi noctem illam quieſcentes / mane i non̄ Junij propinquā portam ciuitatis / qua piſas itur: clam egreſſi / ſero tandem ad nr̄os fr̄es nicaſienſes: est aūt id mon̄ iiij. ferme milib; paſſuū a piſis ſeparatū p̄uenimus. Accepti ab eis pleniſſimo caritatis offitio: monaſterium omne luſtrauimus: & religioni aptiſſimum ac decentiſſime cōſtructū iudicauimus. Fr̄es omnes illos ān annos plurimos in nr̄o mon̄ & p̄ncām op̄am hoſpitium qn̄ florentiam ueniſſent h̄re ſolitos: atq; ideo nobis cognitos & pro uite merito cariſſimos amplexi / mane piſas contendebamus. et cum porte ciuitatis propinquaremus: offendimus abbem ſc̄i zenonis muro adequantem. Is nobis nequaq̄ conſpectis urbem introgreſſus fuerat. Placuit remorari ex opidum donec mitteremus qui nr̄um p̄latis aduentum nuntiarent. Vt ubi nam p̄mo diuertere ſolenne eēt ſcrutaremur / ſimul ut occurrerent nobis. Eis ut ad mon̄ ſc̄i zenonis p̄mo iremus / inde ad ſc̄i michaelis deducendi mon̄ uiſum fuit: ſicq; factum ē. Caute abbatum illoꝝ ſcrutari geſta animus fuit: qz & multas hauſimus querimonias: & expectabatur nr̄o eo aduentus / diſquirendi & corrigendi actus illoꝝ gr̄a: ut q̄ſq; illorum confeſſione exculptum est. Adhibere ſtuduimus ſecretius laicos aliquos grauiores uiros & ne ſic quidem proferimus quicq̄ ſiue illi metu cederent: ſiue ī dulgerent gr̄e: ſiue falſa ad nos de illorum ꝑ geſtis p̄manarant. quod optandum q̄ ſperandum uiſū est. Animus fuit huic queſtioni inſtare acrius / modos q; adhibere alios ſ; fregit iſtiuſmodi propoſitum rumor allatus. Quippe antea compeditum detineri pontificem ſummum a romanis obſcena fama uulgauerat. tum uō effugiſſe p̄ditorum manus piſaſq; ꝯtendere nuntiabatur: & ſingulis dieb; affuturum. Coniurauerant aduerſus tanti meriti uirum: p̄rem ac paſtorem omniū ꝯſcelerati ciues & niſi illum ds̄ omnipotens ſuaſſ ex impiorum manib; / actum fuiſſet de illius uita & ſalute. ſ; inotuere pontifici inſidie p̄ fidorum. ſed

H. depot. Gregorio a Pisa progresso

obſenari

obſeruari ubi didicerat ex palatio sancti petri editiori ſitu atque munitiori
ad eccleſiam sancte marie transtyberim contulit. ut arte illorum impios co-
natus eluderet. Inde captata hora cum iam rapiendus eſſet poſito pon-
tificali habitu et cultu, monachi cucullam ſumit, et uno tantum comite
eiuſdem habitus in hortos concedens: et quidem que ſuorum ſententiam ad tybe-
rim peruenit, paratamque cymbam aſcendens, ſummo remigum im-
pulſu ferebatur. Ubi uero innotuit elapſum eſſe pontificem: id et ſcele-
ribus ſuis addiderunt, ut perſequi iam iam fugientem pergerent atque eua-
dentem: ueritos dolentes fruſtra conatus ſuos, iaculis que impetebant e-
minus. Sed illum omnipotens deus mirabiliter atque miſericorditer et inter
perſequentium tela ſeruauit, illeſum: dum ille tandem ex minore ſtapha
in triremem ad id preparatam ſcandens, paucis diebus liburnam uenit.
Quorum principatu ſcelere romani tantum facinus aggredi uoluerint.
quia anceps ſententia eſt tempori nequaquam diffinire uolumus. Piſis ubi innotuit
liburnam applicuiſſe pontificem, concurri ad eum ſuſcipiendum: quantumque
anguſtie temporis ſinebant: apparatus fiebant. Qua uero die uenturus
expectabatur, ipſi ante lucem obuiam illi ire perreximus: et decimo
ferme lapide: equitantem cum paucis offendimus pontificem ſummum
nudum ferme. Miſerati preſentem rerum faciem et deo tamen gratias pro
illius ereptione referentes, reſoluti in lacrimas ſumus. Iumentis
lapſi, ut ille appropinquauerat. accurrimus. illiuſque ſacra obſculati ue-
ſtigia et manus: ad oris obſculum ſuſcepti ſumus illo gratiſſime nos
accipiente, et benigniſſime reſalutante. deoque in comune gratias egimus
nec tum lacrimis temperatum eſt. Salutauimus et reliquos itineris co-
mites, et ceruienſem epiſcopum inprimis, optimum uirum et antiquiſſimum ami-
cum noſtrum. Is baſilea tum rediens: namque fuerat a pontifice ad concilium
miſſus: iam fugienti occurrerat ignarus rerum. ſecumque proficiſcebatur.
Tum uero inter familiares ſermones noſtros cum de hieronymo illo noſtro qui
fuerat ad concilium profectus incidiſſet mentio, uera eſſe que ab baſ me
de carceribus ſcripſerat animaduertimus. Namque et commotione quorundam
ex principibus retulit: quod redire hunc ad heremum prohibuiſſemus et ſe
beniuolentiſſime ac rationabiliter ſententiam meam excuſaſſe profeſſus eſt. Ubi uero

pisis apropinquavimus populus omnis & magistratus civitatis
occurrit cum laudib[us] & gaudio inextimabili. Precedebant pueri redi-
miti tempora lauro, atq[ue] fronde varia & floribus: laudes q[ue] conci-
nentes, & inclamantes pacem: pontifici & omnib[us] fletum excussere.
Sequebantur viri suo ordine: umbraculo q[ue] exceptum pontificem in ci-
vitatem deduxere: p[ri]morib[us] viris frena equi regentib[us] dextra atq[ue]
leva. & illi obambulantib[us] utrinq[ue]. Tum vero omni ex p[ar]te oppidi qua
erat transitus: turba innumerabilis confluens, effecerat ut esset p[er]diffi-
cilis transitus. Matres familias & pueri atq[ue] innupte puelle e fene-
stris ac tectis prospectabant. donec in p[ri]ncipalem ecclesiam e[st] introductus
archiep[iscop]o civitatis & clero omni occurrente ex more. Ubi or[ati]o[n]e fusa
in palatio archiep[iscop]i sedem h[abu]it. Nos postridie q[uam] advenerat illum
salutare perreximus: acceptiq[ue] placidissime cum inter loquendum Hie-
ronymi iam d[omi]n[u]s ultro mentionem fecissem: & quidnam actum esset
eatenus explicassem: s[ente]n[ti]amq[ue] expectarem suam quid fieri iubet.
Ipse ut e[st] clementissimus: & si inquit bonum fuisset quod fec[it]. contra
me agendo: q[ui] tam erit q[uam] p[re]ceptum tuu[m]: male egit. Petiuitq[ue] an pe-
niteret illum: ita egisse: & cum perversam illius intentionem ex me
accepisset, facito inq[ui]t pro arbitrio tuo. Et cum doleret se chrysostomi
vitam a me traductam, sibiq[ue] dedicatam rome amisisse, assereretq[ue]
se p[re]terita quadragesima illam p[ro] perlegisse. At inq[ui] adest ipsius op[er]is
volumen aliud: nam mecum ip[su]m tuleram, p[re]latu[m]q[ue] codicem gratissi-
me suscepit, aptumq[ue] cepit continuo legere. Anulum p[re]terea pul-
cherrimum n[ost]ri stephani portii munus cum prominente onyche do-
no illi tunc obtuli, et cum aliq[uan]diu renuisset: tandem ut illum susci-
peret impetravimus. sacroq[ue] dextere illius digito immisimus. Cum vero
illic paucis diebus remoraturus putaretur. lucam urbe visendi no-
vi abbis ora, mon[asterium] q[ue] cantinianense visitandi consilium fuit. Ad hoc
dum illius requireremus assensum, multisq[ue] p[ro]fessiss[et] de religione
n[ost]ra s[er]mo: benigne annuit, sponsione accepta, nos mature reditu-
ros. Perreximus itaq[ue] & apud canonicum illum q[ui] ad nos ei[us] monitu

De Hieronimo agit cum Pontifice

gratia secundo iam venerat hospitati. Abbatem quoque vidimus facie rusti-
cana: sed tamen testimonio plurimorum bonum virum et imprimis la-
boriosum: et reparando materiali edificio monasterii aptissimum. Accepti
honorifice a canonico ipso: sermonem prolixum habuimus quo pacto pu-
teolanum monasterium nostrum recuperare possemus. Illi pollicentes ipsius tituli
possessionem quoque permissuros etiam sine mutatione habitus: ita ut et
monasterium sancti Georgii et nostrum simul liceret fieretque utriusque connexio. Uti-
le fieri id videbatur: quia monasterio nostro destructo, suum integrum et religioni
aptissimum est. Spem dedit conficiundi negotii, dieque subsecuta
Cantinianum perreximus, ruinasque musati ingentes, abbatis tamen nostri
industriam laudavimus: qui magno studio, diruta queque resarcire co-
naretur. Multum loci situs placuit nobis: ad religionem summe aptus
iudicatus. Ibi accepto ex more obedientie iuramento: abbateque pro tempore de omnibus
diligenter instructo, remeavimus. Et quoniam ad recuperationem memorati
monasterii intenderamus animum ex officio nostro, magistratum civitatis visi-
tavimus. auxiliumque implorantes suo tempore: benignum responsum reporta-
vimus. Pisas regressi cum vehementer abbatem sancti Zenonis ageremus
ut confiteretur sponte quod nobis innotuerat sue incontinentie scelus
nihil quivimus exculpere, illo pertinaciter negante diu. Vidimus ecclesiam
ornatissimam, columnis, pavimento, musivo et quod gratissimum est
proportione structure decentissima. Cimiterium item permagnificum
ingens: testudine constans, picturasque habens artis admirande. Nihil vere
mesta excogitari, neque letius nec magnificentius potuit. Campum sanctum
appellant quadratum ferme columnisque marmoreis insignem. Pro-
lixius opus nunquam vidi, nec gratius. Interfluit civitatem Arnus flu-
vius, tribusque pontibus lapideis speciosissimis, ex alta transitur ad altam
ripam. Nihil eo amenius aspectu. Habet utraque ripa veluti pomerium
viam latam, edes speciosissimas atque celsa palatia ab amne distinguen-
tem: ibique perpetuum emporium est. Tantaque est ea profunditas alvei ut
grandiores quoque naves tuto adveniant. Arcus spem prefert ille con-
spectus. Arcem quoque civitatis munitissimam visere placuit, acceptique

Descriptio pisarum

grate ab amico illi prefecto cuncta lustrauimus. Adiuimus & nobile feminarum mon. allocuti qz matrem: & antiquiores sorores plurimum bone edificationis reportauimus: polliciti redire: quod tamen nequaquam impleuimus: pontificis repentino discessu prohibiti. Ibi scenam unius ex ineis accepimus: amicis quibusdam querimonias unius monij monialium exponentibus: & ut corrigeremus orantibus: & cum nullum ibi tale monasterium nobis esse dixissent: abbatem sci M. monij illius curam prendere mirati sunt. Displicuit mire id sz abbatemqz ipsius seuerius conuenimus: omnem illius monij aditum curamqz penitus interdicentes. Dolor lateris per eos dies nos sic iam grauiter afflixit: a quo tamen maturius miserante deo conualuimus. Aduenerunt ex florentia plures tum plati q nobiles ut pontificem eo deducerent. Cardinali sci xysti aduenienti occurrimus: solusqz ex cardinalium nro pontifici florentiam tendenti adfuit. Mouimus pisis. xx. Iunij pontifici aduincti: ipsa qz die xvi ferme passuum milibus processimus. Nos ad sanctum minìatem ea die prexiuimus: eo consilio ut inca stinum an lucem in occursum ei rediremus. Ingressi nos sollicite ut dom e nobis. Et cum nos processisse redderetur: at uidimus inqt illum cum huc applicaremus. Corripuimus: mon illius mrem quod e extra oppidum qz tam diu suscipe uisitationem nram renuerint. Et postridie summo mane iter ingressi pontificem parum abesse equitarat enim an lucem: didicimus. Descendit ad sancte iocunde ecclesiam pontifex: ibiqz recreatis omnibus modice: ipsa die ad montem lupum uenimus. Susceptus e in edibus ecclie pontifex nos cum fesulano epo sumus hospitati: uiro simplicioris ingenij & de nobis bene eatenus merito. Ibi enim a consanguineis suis ille fuerat exceptus. Mane an lucem equitantes florentiam petebamus. Ianuilla angeli ciuis florentini q secum equitabat modice gemit. Iam uo porte ciuitatis propinquanti: que uastissima tunc tota patuit: omnis nobilitas obuiam uenit: totusqz clerus cum insignibus

ornamentis occurrerit. Omnis etas: sexus uterque / omnisque conditio sese
per itinera quaque versum diffuderat: ut nusquam transire ferme pontifex pos-
fuerit, quod necesse disseminare pecunias, quacunque iter ageret: ut his
colligendis occupati a pressura desisterent. Tecta ferme omnia, ipseque
fenestre spectantes vix capere poterant. Mulieres matres familias, pu-
elleque innupte proprio muliebri mundo composite, editioribus in locis
residentes, magnum plerisque sui prebuere spectaculum, suosque innumeros
populos tunc vere prospexit civitas. Ad principalem ecclesiam civita-
tis per illustriora urbis loca, ea pompa deductus oratione fusa, inde ad
habitationis sue locum eadem frequentia et celebritate perductus est.
pontificalibus infulis ornatus, et equo candido insignibus faleris exul-
tante invectus: que omnia prius quam urbi propinquaret obtulerat ci-
vitas. Ita etate nostra florentia profugos pontifices duos: sinu suo
suscipere promeruit, iohannem scilicet xxiii. atque eugenium iiii. Et inter hos mo-
dum martinum v. annum ferme et semis tenuit, immo ut verus esset
pontifex et indubitatus effecit: quando illuc ad eius vestigia quo iudicio in-
torum iniuste abrogatus fuerat iohannes accessit: verumque vicarium Christi
et petri successorem confessus ipse minoribus contentus officiis persistit. Ro-
mani postquam pontificem evasisse didicerunt, mesti quod res illi neque
ex voto successerat, ad predam conversi, omnia illius expilare pergunt
furore inaudito, compluresque curiales violare pergunt: et imprimis ne-
potem pontificis franciscum tt. sancti clementis presbiterum cardinalem
et reliquis egre dimissis, illum arctissime custodie tradunt: vix sibi cum quoquam
colloquium permittentes, ingentemque pecunie summam, et castellum mu-
nitissimum quod sancti angeli appellant: hostiamque petunt. Tentatur
pontificis constantia summa dum nec affectu nepotis potuit vinci: et
quidem cum se plurimi orarent, et frequentibus literis ipsius pulsaretur: ut ali-
quid ex his que postulabantur indulgere acquiesceret. Cum ipse quoque
hanc ipsius magnitudinem animi summe admiratus cum se orantem ut sa-
luti iuvenis consuleret, risu honoris et gravitatis pleno compescuit: dicens
nihil referre uter alium precederet se nepos, an ipse nepotem, in celis

tione comuni ambo inuitam eſſent ingreſſi. Preſtare ſi nepos eccleſie
occumberet cum, ſe non poſſe ſalua conſcientie integritate & dignitate
ſua ea efficere que poſtulabatur. Denique cum huius rei gratia poſtea ſenas
ipſe conceſſiſſem ab eo miſſus & ea afferrem que nequaquam viderentur
reſpuenda, ne ſic quidem acquieuit. Sed rigorem conſtantiamque ſuam
tenuit. ita ut hanc ipſius ſeueritatem plerique carperent, crudelitatemque
interpretarentur. Deo tamen dirigente negotia, conſilium ſententiamque pon-
tificis approbarunt omnes, dum & ille liber euaſit & ſubditione eccleſie
cuncta perſtitere. Prebuit ſe ſpectaculum populis in celebritate ſancti Iohannis
baptiſte, ciuitatis principali, ſedens editiore in loco & ipſe quoque ſpectans
proceſſionis ſolemnia, admiransque magnificentiam ſingularem atque
ordinem: dignam profecto miraculo rem & quam niſi conſpectam
credere quiſquam aut capere poſſit. longeque difficillimum eſſet enarrare: tam
multa tam miranda tam varia vidimus, namque & ipſi cum ponti-
fice ſpectabamus. Sed ea narranda relinquimus ceteris: ipſi ad con-
textum narrationis noſtre redimus. Crebro dum adhuc minus fre-
quens eſſet curia ipſius ſanctitatem adiuimus. & cum inter familiares
ſermones de religionis noſtre diſpoſitione crebro loqueremur, ordinem &
modum erudiendorum puerorum a nobis inſtitutum vehementer appro-
bauit: atque ita ut opem quoque ferret: dato in conſpectum ſue ſanctitatis Marcioto
noſtro cariſſimo, fideliſſimoque ſocio puerorum nutritore. Qui breui ora-
tione multum commode & intente auditus eſt. & currenti ſua ſponte
pontifici addidit ſtimulos. pluſque illi placuit noſtrum inſtitutum. Venerat
Piſas viſitandi pontificis gratia noſter abbas florentinus: ambobuſque verba
de viſitatione a nobis cepta vallumbroſani ordinis fecit: ſatis admiratus
cur non rei nobis a ſe delegate non inſtitiſſemus. Et cum humiliter inhi-
bitos fuiſſe reſponderemus arguit & velle ſe ut cepta proſeque-
remur aſſeruit. Eadem Florentie quoque replicauit. nec excuſare diutius
licuit, ſed rem tamen differre conſulto ſtatuimus. Occurrerat pontifici
Piſis religionis illius prior: equum que album pulcherrimum ut gratiam illius
emereretur dono dederat. Sed nihilo ille deceſſit ſententia. Id quod nos

abbi ipi amice suggessimus. Cupientem placidum monachum cu-
bicularium pontificis adire nram heremum, & loca aluernie & ual
lis umbrose, impetrata a pontifice omissione deduximus. Is in du-
ter ageremus apud pontificem, mon nrum decosa prope senas postula
re a me instituisse, suggestione sua, & illius applicare religioni. Verum
cum eiusce rei prorsus ignarus ad pontificem ingressus fuissem, inci-
disset mentio ipi monij & me ad ipm reformandum penitus intentum
didicisset ex uerbis meis: uerbum nullum inde uoluisse facere. domino & sibi
post discessum nrum quid nam egissem nobiscum sciscitanti: respondisse
que nam eet mea sñia, & inhibuisse uerbum inde ultius fieri. Ve-
nimus prima die ad mon nrum sancte margarite. susceptique honori-
fice postridie priore nro nos deducente ad aluernie montem perreximus.
cunctisque lustratis eadem die sorum uenimus: ibique in domo nra remo
rati sumus. & sequenti die ad nrum mon fontisboni peruenimus. Ibi
susceptus a Mariotto nro placidus monachus: ex conspectu puerorum
nrorum & ordine ac disciplina multum edificatus heremum petijt.
ubique biduum ferme remoratus heremitas nros multum hortatus
bene edificatos reliquit.)

Egregij & eloquentis uiri Ambrosij Generalis camaldulen. co-
mentariola feliciter expliciunt per eundem elegantissime edita.
Deo gratias. Amen.

Taddei de Viglarana carmen in laudem sanctissimi uiri ambrosij pdcti:

Si cupis auctorem primus nosse libelli:
  Quod cupis amico carmine doctus eris.
Is fuit ambrosius toto clarissimus orbe:
  Camaldulensis religionis honos.
Orator uehemens latie facundia lingue:
  Atque omni in graia parte disertus erat.
Ingenio quantum uiuens uiuitque ualet:
  Multa uiri mostrant, que monumenta dedit

Aurea chrysostomi facundo transtulit ore
Dogmata: basilii nostre scripta dedit.
Et te romanum fecit memorande laerti
Cuiq(ue) sirus et graium retinet efren.
Et nazanzenus patet hoc interprete nobis
Cui sacra cognomen theologia dedit.
Atq(ue) dionysii diuina uolumina nobis
Huius nosse dedit lingua diserta uiri.
Multaq(ue) preterea clarorum scripta uirorum
Doctrinam celebrant ingeniumq(ue) uiri.
At si forte cupis mores aut noscere uitam.
Obsequium uoto carmina n(ost)ra gerent.
Inprimis clemens. facilis: pius: integer. omni
Labe carens an(im)i: simplicitate bonus:
Pauptatis amans: omni laudabilis actu:
Et florem angelice uirginitatis h(abe)ns
Consilio prudens: uiteq(ue) exemplar honeste
Nullius culpe conscia uita fuit.
Nene igitur tante meritum uirtutis obiret:
Pontificis cauit pro uida cura sacra.
Eugenio p(ri)mum siquidem cogente: subiuit
Camaldulensi religione locum
Hoc meruit terras habitans: nunc astra b(ea)t(u)s
Possidet: optato p(er)fruiturq(ue) bono.
Iure ig(itur) sacros huius uenerare labores:
Atq(ue) in delicijs lector h(abe)re uelis.
At tu qui celsa resides in sede tonantis:
Tadeum: ambrosi: fac tueare p(at)r(em):
Ipse mihi faueas, portus ut n(ost)ra salutis
P(er)ueniat precibus fulcta cautta tuis.

Incipit prefatio Seueri sulpitij de Vita sancti Martini.

S

Seuerus: desiderio fratri karissimo salutem: Ego quidem frater unanimis libellum quem de uita sancti martini scripseram sceda sua premere et intra domesticos parietes cohibere decreueram. Quia ut sum natura infirmus: iudicia humana uitabam: ne quod fore arbitror: sermo incultior legentibus displiceret omniumque reprehensione dignissimus iudicarer: qui materiam disertis merito scriptoribus reseruandam impudens occupassem. Sed petenti tibi sepius negare non potui. Quid enim erat quod non amori tuo: uel cum detrimento mei pudoris impenderem: Ea tibi fiducia libellum edidi: qua nulli a te prodendum reor: quia id spopondisti. Sed uereor ne tu ei ianua sis futurus: et emissus semel non queat reuocari. Quod si acciderit: et ab aliquibus eum legi uideris: bona uenia id a lectoribus postulabis: ut res potius quam uerba perpendant. et equo animo ferant si aures eorum uitiosus forsan sermo perculerit. quia regnum dei non in eloquentia: sed in fide constat. Meminerint etiam salutem seculo non ab oratoribus: sed a piscatoribus predicatam: cum utique si utile fuisset: id quoque dominus prestare potuisset. Ego enim cum primum animum ad scribendum appuli: quia nephas putaram tanti uiri latere uirtutes: apud me ipse didici ut soloecismis non erubescerem: quia nec magnam istarum unquam rerum scientiam contigissem: et siquid ex his studijs olim fortasse libassem totum id dissuetudine tanti temporis perdidissem. Sed tamen ne nos maneat tam molesta defensio suppresso si tibi uidetur nomine libellus edatur. Quod ut fieri ualeat titulum frontis erade: ut muta sit pagina: et quod sufficit loquatur materiam non loquatur auctorem.

P

Plerique mortalium studio et glorie seculari inaniter dediti: exinde perhennem ut putabant memoriam nominis sui quesierunt si uitas clarorum uirorum stilo illustrassent.

Que res utiq; non phennem quidem: ſʒ aliqtulum tamen
concepte ſpei fructum afferebat qʒ & ſui memoriam licet incaſ
ſum ꝓpagabant. & propoſitis magnorum uirorum exemplis
non parua emulatio legentib; excitabatur. Sʒ tamen nihil adbtaʒ
illam eternamqʒ uitam hec eorum cura ptinuit. Quid enim
aut ipis occaſura cum ſeculo ſcriptorum ſuorum gloria profuit.
Aut quid poſteritas emolumenti tulit: legendo hectorem pugnatē.
aut ſocratem philoſophantem. Cum eos non ſolum imitari ſtul
titia ſit: ſed non acerrime etiam impugnare dementia. Quippe
qui humanam uitam pſentibus tantum actib; extimantes: ſpes
ſuas fabulis. animas ſepulchris dederint. Siquidem adſolam hoīm
memoriam ſe ppetuandos credidecunt: cum hominis officium ſit
phennem potius uitam q̄ phennē memoriam ~~credere~~ querere
non ſcribendo aut pugnando uel philoſophando: ſʒ pie ſancte:
religioſeq; uiuendo. Qui quidem error litteris traditus
intantum ualuit ut multos tamen emulos / uel inanis philoſophie
uel ſtulte illius uirtutis inuenerit. Unde facturus mihi ope pciū
uideor ſi uitam ſanctiſſimi uiri: exemplo aliis mox futuram
pſcripſero. Quo utiq; aduerum ſapientiam & celeſtem militiam
diuinam qʒ uirtutem. legentes incitabuntur. In quo ita uel q°
rationem commodi ducimus ut non inanem abhominib; memo
riam: ſʒ eternum adeo premium expectemus. Quia & ſi ipi
non ita uiximus ut exemplo aliis eē poſſimus. Dedimus tam
opam ne is lateret qui eſſ imitandus.

I Igitur uitam ſancti martini ſcribere exordiar. ~~ut~~ que uel
ante epatum uel in epatu geſſit: quis nequaq̄ ad omnia illi
potuerim puenire. adeo ea in quibus ipe tantum ſibi conſcius
fuit neſciuntur qʒ laudem abhominib; non requirens q̄tum
in ipſo fuit omnes uirtutes ſuas latere uoluiſſ. Quanq̄ etiam
ex his que compta nobis erant plura obmiſimus / qʒ ſufficere cre

dicimus si tantum excellentia notarentur. Simul & legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium. Obsecro autem eos qui lecturi sunt, ut fidem dictis adhibeant. neque me quicquam nisi compertum & probatum scripsisse arbitrentur. Alioquin tacere quam falsa dicere maluissem.

I Igitur martinus Sabaria pannoniorum opido oriundus fuit. Sed intra ytaliam Ticini altus est. Parentibus secundum seculi dignitatem non infimis. gentilibus tamen. Pater eius miles primum: post tribunus militum fuit. Ipse armatam militiam in adolescentia secutus, inter scolares alas sub rege constantio deinde sub Iuliano cesare militauit. Non tamen sponte quia a primis fere annis diuinam potius seruitutem sacra illustris pueri spirauit infantia. Nam cum esset annorum decem inuitis parentibus ad ecclesiam confugit. seque catecuminum fieri postulauit. Mox mirum in modum totus in dei opere conuersus cum esset annorum xii. heremum concupiuit. Fecissetque uotis satis si etatis infirmitas non obstitisset. Animus tamen aut circa monasteria, aut circa ecclesiam semper intentus meditabatur adhuc in etate puerili. quod postea deuotus impleuit. Sed cum editum esset a regibus ut ueteranorum filii ad militiam scriberentur: prodente patre qui felicibus eius actibus inuidebat, cum esset annorum xv. raptus & catenatus sacramentis militaribus implicatus est. Uno tantum seruo comite contentus cui tamen uersa uice dominus seruiebat, adeo ut plerumque ei & calciamenta ipse detraheret: & ipse detergeret. Cibum una caperent. hic sepius ministraret. Triennium fere ante baptisma in armis fuit: integer tamen ab his uitiis quibus illud hominum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas. Patientia uero atque humilitas ultra humanum modum. nam frugalitatem in eo laudari non est necesse. qua ita usus est: ut illo tempore non miles: sed monachus puta

retur. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos devinxerat ut eum miro affectu venerarentur. Nec dum tamen regeneratus in xpo agebat quendam bonis operibus baptismatis candidatum. Assistere scilicet laborantibus: opem ferre miseris, alere egentes: vestire nudos. Nihil sibi ex militie stipendiis preter cotidianum victum reservabat. Iam tum euangelii non surdus auditor. de crastino non cogitabat.

Quodam itaque tempore cum iam nihil preter arma & simplicem militie vestem haberet: media hyeme que solito asperior inhorruerat: adeo ut plerosque vis algoris extingueret, obvium habet in porta ambianensium civitatis pauperem nudum. Qui cum pretereuntes ut sui misererentur oraret, omnesque miserum preterirent intellexit vir deo plenus, sibi illum aliis misericordiam non prestantibus reservari. Quid tamen ageret? Nihil preter clamidem qua indutus erat, habebat. Iam enim reliqua in opus simile consumpserat. Arrepto itaque ferro quo accintus erat mediam dividit, partemque eius pauperi tribuit, reliqua rursus induitur. Interea de circumstantibus ridere non nulli, quia deformis esset & truncati habitus videretur. Multi quidem quibus erat mens sanior, altius gemere, quod nihil simile fecissent. cum utique plus habentes vestire pauperem sine sua nuditate potuissent. Nocte igitur insecuta cum se sopori dedisset, vidit xpm clamidis sue qua pauperem texerat parte vestitum. Intueri diligentissime dominum, vestemque quam dederat iubetur agnoscere. Mox ad angelorum circum adstantium multitudinem audivit ihm clara voce dicentem. Martinus adhuc cathecuminus, hac me veste contexit. Vere memor dominus dictorum suorum qui ante predixerat, quamdiu fecistis hec uni ex minimis meis, mihi fecistis, se in paupere professus est fuisse vestitum. Et ad confirmandum tam boni operis testimonium in eod

se habitu, quem paupere acceperat, est dignatus ostendere. Quo vi-
so vir beatissimus non in gloriam est elatus humanam, sed bo-
nitatem dei in suo opere recognoscens, cum esset annorum duo de-
viginti ad baptisma convolavit. Nec statim militie renuntia- i. xviiii
vit, tribuni sui precibus evictus, cui contubernium familiare pre-
stabat. Etenim transacto tribunatus sui tempore, renuntiaturum
se seculo pollicebatur. Qua martinus expectatione suspensus
per biennium fere posteaquam est baptisma consecutus, solo licet no-
mine militavit.

Interea irruentibus intra gallias barbaris, Julianus cesar
coacto in unum exercitu, apud vangionum civitatem dona-
tivum cepit erogare militibus. Ut est consuetudinis, singuli
citabantur, donec ad martinum ventum est. Tum vero oportunum
tempus existimans quo peteret omissionem, neque enim integrum
sibi fore arbitrabatur, si donativum non militaturus acciperet.
Hactenus inquit ad cesarem militavi tibi, patere ut nunc mili-
tem deo. Donativum tuum pugnaturus accipiat. Christi ego miles
sum, pugnare mihi non licet. Tum vero adversus hanc vocem
tyrannus infremuit dicens, eum metu pugne que postera
die erat futura, non religionis gratia detrectare militiam.
At martinus intrepidus, immo illato sibi terrore constantior.
si hoc inquit ignavie ascribitur, non fidei, crastina die an-
te aciem inermis adstabo: et in nomine domini Jhesu signo crucis non
clypeo protectus aut galea, hostium cuneos penetrabo securus.
Retrudi ergo in custodiam iubetur, facturus fidem dictis,
ut inermis barbaris obiceretur. Postero die hostes legatos
de pace miserunt, sua omnia seque dedentes. Unde quis dubitet
hanc vere beati viri fuisse victoriam, cui prestitum sit ne iner-
mis ad prelium mitteretur. Et quamvis pius dominus servare militem

suum inter hostium gladios & tela potuisset, tamen ne uel aliorum
morte sancti uiolarentur obtutus, exemit pugne necessitate.
Neque enim aliam pro milite suo Christus debuit prestare uictoriam
quam ut subactis sine sanguine hostibus nemo moreretur.
Exinde relicta militia. sanctum hylarium pictauis episcopum ciuitatis
cuius tunc in dei rebus spectata & cognita fides habebatur expeti-
uit. & aliquandiu apud eum commoratus est. Temptauit autem
sanctus idem hylarius imposito diaconij officio, sibi eum ar-
ctius implicare & ministerio uincire diuino. Sed cum sepissi-
me restitisset indignum se esse uociferans, intellexit uir dei al-
tioris ingenij. hoc eum modo posse constringi, si id ei officij impo-
neret, in quo quidam locus iniurie uideretur. Itaque exorcistam
eum esse precepit. Quam ille ordinationem ne despexisse
tanquam humiliorem uideretur: non repudiauit. Nec multo post
admonitus per soporem ut patriam parentesque quos adhuc genti-
litas detinebat, religiosa sollicitudine uisitaret: ex uoluntate
sancti hylarij profectus est. Multisque ab eo strictus precibus et la-
crimis ut rediret, mestus ut ferunt peregrinationem illam ag-
gressus est: contestatus ad fratres, multa se aduersa passurum.
Quod postea probauit euentus. Ac primum inter alpes deuia se-
cutus incidit in latrones. Cumque unus securi eleuata in caput
eius librasset ictum ferientis: dexteram sustinuit alter. Vin-
ctis tamen post tergum manibus, uni seruandus & custodiendus
traditur. Qui cum eum ad remotiora duxisset: percontari ab eo
cepit quisnam esset. Respondit christianum se esse. Quere-
bat et ab eo an timeret. Tum uero constantissime profitetur, nunquam
se fuisse tam securum, quia sciret misericordiam domini maxime
in temptationibus affuturam. Se magis illi dolere, qui christi miseri-
cordia ut pote latrocinia exercens esset indignus. Ingressusque

euangelicam disputationem, uerbum dei latroni predicabat.
Quid longius morer? Latro credidit, prosecutusque martinum
uie reddidit, orans ut pro se dominum precaretur. Idemque postea re-
ligiosam agens uitam uisus est: ut hec que supra retulimus: ab
eo audita dicantur. Igitur martinus inde progressus, cum
mediolanum preterisset, diabolus in itinere humana specie assum-
pta, se ei obuiam tulit, quo tenderet querens. Cumque id a
martino responsi accepisset, se quo dominus ~~uocaret~~ uocaret inten-
dere: ait ad eum. Quocumque ieris, uel quecunque temptaueris
diabolus tibi aduersabitur. Tunc ei prophetica uoce respondit
Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Statimque
e conspectu eius inimicus euanuit. Itaque ut animo ac mente
conceperat, matrem gentilitatis absoluit errore. Patre in malis
perseuerante. Plures tamen suo saluauit exemplo. Deinde cum here-
sis arriana per totum orbem, et maxime intra yllyricum pullu-
lasset ~~cum~~ cum aduersus perfidiam sacerdotum pene solus acerrime
repugnaret, multisque suppliciis esset affectus. nam et publice
uirgis cesus est. et ad extremum de ciuitate ire compulsus: Y-
taliam repetens, cum intra gallias quoque discessu sancti hylarii
quem ad exilium hereticorum uis coegerat, turbatam ecclesiam
comperisset, mediolani sibi monasterium statuit. Ibi quoque eum
auxentius, auctor et princeps arrianorum, grauissime insectatus
est, multisque affectum iniuriis, de ciuitate exturbauit.
Cedendum itaque tempori arbitratus, ad insulam gallinariam no-
mine secessit. comite quodam presbitero, magnarum uirtutum uiro.
Hic aliquandiu radicibus uixit herbarum. Quo tempore helle-
borum, uenenatum ut ferunt gramen, in cibum sumpsit. Sed cum
uim ueneni in se grassantis, uicina iam morte sensisset, imminens

periculum oratione reppulit. statimque omnis dolor fugatus est. Nec
multo post cum sancto hilario comperisset regis precepto potesta
tem indulctam fuisse redeundi. Rome ei temptavit occur-
rere. Profectusque est ad urbem.
Cum iam hylarius preterisset: ita eum est vestigiis prosecutus.
Cumque ab eo gratissime fuisset susceptus. Haud longe sibi ab op
pido monasterium collocavit. Quo tempore se ei quidam catecu-
minus iunxit, cupiens sanctissimi viri institui disciplinis.
Paucis quippe interpositis diebus: languore correptus vi febrium
laborabat. At tum martinus forte discesserat, et cum per triduum
defuisset. regressus exanime corpus invenit. Ita subita mors
fuerat, ut absque baptismate humanis rebus excederet. Corpus
in medio positum. tristi merentium fratrum frequentabatur
officio: cum martinus flens et eiulans accurrit. Tum vero tota
spiritum sanctum mente concipiens. egredi cellulam in qua corpus
iacebat ceteros iubet, ac foribus obseratis super exanimata defu
cti fratris membra prosternitur. Et cum aliquandiu orationi in-
cubuisset. sensissetque per spiritum domini adesse virtutem, erectus paulu
lum et in defuncti ora defixus orationis sue ac misericordie domini
intrepidus expectabat eventum. Vixque duarum fere horarum
spatium intercesserat, vidit defunctum paulatim membris omnibus
commoveri: et laxatis in usum vivendi palpitare luminibus. Tum
vero magna ad dominum voce conversus gratias agens cellulam cla-
more compleverat. Quo audito qui pro foribus astiterant statim
irruunt. Mirum spectaculum quod videbant vivere quem mor-
tuum reliquissent. Ita redditus vite. statim baptisma consecutus
plures postea vixit annos: primusque apud nos martini virtutum
vel materia vel testimonium fuit. Idem tamen referre erat solitus

se corpore exutum ante tribunal iudicis ductum deputandumque
obscuris locis et vulgaribus turbis tristem excepisse sententiam. Tunc
per duos angelos iudici fuisse suggestum hunc esse pro quo Martinus
oraret. Ita per eosdem angelos se iussum reduci et Martino red
ditum vitaeque pristinae restitutum. Ab hoc primo tempore beati viri nomen
enituit ut qui sanctus iam ab omnibus habebatur potens et et ve
re apostolicus haberetur.

N ec multo post dum agrum Lupicini cuiusdam honorati secundum
seculum viri preteriret clamore et luctu turbe plangentis exci
pitur. Ad quam cum sollicitus astitisset et quis esset hic fletus inq
rereret indicatur unum e familia servulum laqueo sibi vitam ex
torsisse. Quo cognito cellulam in qua corpus iacebat ingreditur
exclusisque omnibus turbis superstratus corpori aliquantisper oravit.
Mox vivescente vultu marcescentibus oculis in ora illius de
functus erigitur lentoque conamine enisus assurgere apprehensa
beati viri dextera in pedes constitit atque ita cum eo usque adve
stibulum domus turba omni inspectante processit.

S ub idem fere tempus ad episcopatum Turonice ecclesie petebatur. Sed
cum erui monasterio suo non posset facile Rusticius quidam unus e ci
vibus uxoris languore simulato ad genua illius provolutus ut
egrederetur obtinuit. Ita dispositis iam in itinere civium turbis
sub quadam custodia ad civitatem usque deducitur. Mirum in modum
incredibilis multitudo non solum ex illo oppido sed etiam ex vicinis
urbibus ad suffragia ferenda convenerant. Una omnium voluntas
eadem vota eademque sententia Martinum episcopatu esse dignissimum
felicem fore tali ecclesiam sacerdote. Pauci tamen et non nulli ex
episcopis qui ad constituendum antistitem fuerant evocati impie
repugnabant. dicentes scilicet contemptibilem esse: indignum esse
episcopatu hominem vultu despicabilem veste sordidum: crine

deformem. Ita a populo sententie sanioris haec illorum irri-
sa dementia est, qui illustrem virum dum vituperare cupiunt prae-
dicabant. Nec vero aliud his facere licuit quam quod populus domino volente
cogebat. Inter episcopos tamen qui affuerant, praecipue Defensor quidam
nomine dicitur restitisse. Unde animadversum est graviter illum le-
ctione prophetica tunc notatum. Nam cum fortuitu lector, cui le-
gendi eo die officium erat, interclusus a populo defuisset, turbatis
ministris, dum expectatur qui non aderat, unus e circumstan-
tibus sumpto psalterio quem primum versum invenit arripuit.
Psalmus autem hic erat: Ex ore infantium et lactentium perfecisti lau-
dem propter inimicos tuos ut destruas inimicum et defensorem. Quo
lecto clamor populi tollitur, pars diversa confunditur. Atque ita
habitum est divino nutu psalmum hunc lectum fuisse, ut te-
stimonium operis sui Defensor audiret, quia ex ore infantium atque lac-
tentium in Martino domini laude perfecta, et ostensus pariter et de-
structus est inimicus.

Iam vero sumpto episcopatu qualem se quantumque praestiterit, non est nostrae
facultatis evolvere. Idem enim constantissime perseverabat qui
prius fuerat. Eadem in corde humilitas, eadem in vestitu eius
vilitas erat. Atque ita plenus auctoritatis et gratie implebat
episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi virtutemque
desereret. Aliquandiu ergo adherenti ad ecclesiam cellula usus est.
Dein cum inquietudinem frequentantium ferre non posset, duobus
fere extra civitatem milibus monasterium sibi statuit. Qui locus
tam secretus et remotus erat, ut heremi solitudinem non deside-
raret. Ex uno enim latere praecisa montis excelsa rupe ambie-
batur, reliquam planitiem Liger fluvius reducto paululum sinu
clauserat. Una tantum eademque arta admodum via adiri poterat.
Ipse ex lignis contextam cellulam habebat. Multi quidem ex fratribus

in eundem modum, plerique saxo superiecti montis cavato recepta
cula sibi fecerant. Discipuli vero octoginta erant, qui ad exemplum beati ma
gistri instituebantur. Nemo ibi quicquam proprium habebat, omnia
in medio conferebantur. Non emere aut vendere, ut plerisque mo
nachis moris est, quicquam licebat. Ars ibi exceptis scriptoribus nul
la habebatur. Cui tamen operi minor etas deputabatur. Maio
res orationi vacabant. Rarus cuiquam extra cellulam suam egressus, nisi
cum ad locum orationis conveniebant. Cybum una omnes
post horam ieiunii accipiebant. Vinum nemo noverat, nisi
quem infirmitas coegisset. Plerique camelorum setis vestiebantur.
Mollior ibi habitus pro crimine habebatur. Quod eo magis sit erat
mirum necesse est, quod multi inter eos nobiles habebantur. qui
longe aliter educati: ad hanc se humilitatem et patientiam coe
gerant. Pluresque ex his postea episcopos vidimus. Que enim esset civi
tas aut ecclesia, que non sibi de martini monasterio cuperet sacerdotem.
Sed ut reliquas virtutes eius quas in episcopatu egit aggrediar. Erat
haud longe ab oppido proximus monasterio locus, quem falsa hominum
opinio, velut consepultis ibi martyribus sacraverat. Nam et al
tare ibi a superioribus episcopis constitutum habebatur. Sed martinus
non temere adhibens incertis fidem, ab his qui maiores natu
erant presbyteris vel clericis flagitabat, nomen sibi martyris, tempo
ra passionis ostendi. Grandi se scrupulo permoveri, quia nihil certi
constans sibi maiorum memoria tradidisset. Cum aliquamdiu ergo
a loco illo se abstinuisset, nec derogans religioni, quia incertus erat.
nec auctoritatem suam vulgo accomodans, ne superstitio conva
lesceret, quodam die paucis secum adhibitis fratribus. ad locum pergit.
Deinde insuper sepulchrum ipsum astans oravit ad dominum, ut quis esset
vel cuius meriti sepultus ostenderet. Tunc conversus ad levam, vi
det prope assistere umbram sordidam: trucem, et imperat nomen

meritum quod ut loqueretur. Nomen edicit: de crimine confitetur,
latronem se fuisse, ob scelera percussum, vulgi errore celebratum;
sibi nihil cum martyribus esse commune, cum illos gloria, se pe-
na retineret. Mirum in modum vocem loquentis qui aderant
audiebant, personam tamen non videbant. Tum martinus quid vi-
disset exposuit, iussitque ex eo loco altare quod ibi fuerat summoveri,
atque ita populum superstitionis illius absolvit errore.

Accidit autem insequenti tempore dum iter ageret, ut gentilis cuiusdam
corpus, quod ad sepulchrum cum superstitioso funere deferebatur
obvium haberet. Conspicatusque eminus venientium turbam, quidnam
id esset ignarus, paululum stetit. Nam cum fere quingentorum
passuum intervallum esset, ut difficile fuerit dignoscere quid videret,
tamen quia rusticam manum cerneret, et agente vento linteamina
corpori superiecta volitarent, profanos sacrificiorum ritus agi
credidit, quia esset hec gallorum rusticis consuetudo simulachra
demonum candido tecta velamine, misera per agros suos circumferre
dementia. Elevato ergo in adversum signo crucis, imperat turbe
non moveri loco: onusque deponere. Hic vero mirum in modum
videres miseros primum velut saxa riguisse. Dein cum promovere
se summo conamine niterentur, ultra accedere non valentes ri-
diculam in vertiginem rotabantur, donec victi, corporis onus de-
ponunt. Attoniti et semet invicem aspectantes: quidnam sibi
accidisset taciti cogitabant. Sed cum beatus vir comperisset exe-
quiarum esse illam frequentiam, non sacrorum, elevata rursum
manu: dat eis abeundi et tollendi corporis potestatem. Ita eos et cum
voluit stare compulit, et cum libuit abire permisit.

Item dum in vico quodam templum antiquissimum diruisset,
et arborem pinum que fano erat proxima esset aggressus excide-
re, tum vero antistes loci illius, ceteraque gentilium turba cepit obsistere

Et cum idem illi dum templum everti imperante domino gessisset
succidi arborem non patiebantur. Ille eos sedulo commonere: nihil
esse religionis in stipite, deum potius cui servirent ipse sequerentur.
arborem illam excidi oportere, quia esset demoni dedicata. Tum unus
ex his qui erat audacior ceteris. si habes inquit aliquam de deo
tuo quem dicis te colere fiduciam, nosmet ipsi succidimus hanc
arborem tu ruentem excipe et si tecum est tuus ut dicis dominus, evades.
Tum ille intrepide confisus in domino facturum se pollicetur. Hic
vero ad istiusmodi conditionem, omnis illa gentilium turba consensit.
facilemque arboris sue habuere iacturam, si inimicum sacrorum suorum
casu illius obruissent. Itaque cum unam in partem pinus illa esset
acclinis, ut non esset dubium quam in partem succisa corrueret. eo loco
vinctus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse casuram
nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gau
dio letitiaque ceperunt. Aderat eminus turba mirantium, iamque pa
ulatim nutare pinus et ruinam suam casura minitari. Palle
bant eminus monachi et periculo iam propiore conterriti spem
omnem fidemque perdiderant, solam martini mortem expectantes.
At ille confisus in domino intrepidus opperiens. cum iam fragorem
sui pinus concidens edidisset. iam cadenti, iam super se ruenti,
elevata obviam manu, signum salutis opponit. Tum vero turbinis
modo retro actam putares, diversam in partem ruit, adeo ut
rusticos qui tuto in loco steterant pene prostraverit. Tum vero in
celum clamorem sublato, gentiles stupere miraculo monachi
flere pre gaudio, xpi nomen in commune ab omnibus predicari. Satisque
constitit: eo die salutem illi venisse regioni. Nam nemo fere ex
immani illa multitudine gentilium fuit, qui non impositionem manus
desiderans dominum yhesum relicto impietatis errore crediderit. Et
vere ante martinum pauci admodum, immo pene nulli in illis regionibus
xpi nomen receperant. Quod adeo virtutibus illius exemploque convaluit

ut iam ibi nullus locus sit: qui non aut ecclesiis frequentissimis
aut monasteriis sit repletus. Nam ubi fana destruxerat, statim ibi
aut ecclesias aut monasteria construebat.

Nec minorem subidem fere tempus eodem inopere virtutem edidit.
Nam cum invico quodam fano antiquissimo et celeberrimo
ignem immisisset. inproximam immo adherentem domum: agente
vento flammarum globi ferebantur. Quod ubi martinus
advertit. rapido cursu tectum domus scandit: obvium se ad-
venientibus flammis inferens. Tum vero mirum in modum cerne-
res contra vim venti ignem retorqueri. ut compugnantium
inter se elementorum quidam conflictus videretur. Ita vir-
tute martini ibi tantum ignis est operatus. ubi iussus est.

In vico autem cui leprosum nomen est, cum idem templum
opulentissimum superstitione religionis voluisset evertere, re-
stitit ei multitudo gentilium, adeo ut non absque iniuria sit
repulsus. Itaque secessit adproxima loca. ibique per triduum cilicio
tectus & cinere, ieiunans semper atque orans. precabatur dominum
ut quia templum illud evertere humana manu non potuisset, vir-
tus illud divina dirueret. Tum subito ei duo angeli hastati atque
scutati: instar militie celestis se obtulerunt. dicentes missos se
a domino ut rusticam multitudinem fugarent. presidiumque marti-
no ferrent, ne quis dum templum dirueretur obsisteret. Re-
diret ergo. & opus ceptum devotus impleret. Ita regressus
ad vicum. inspectantibus gentilium turbis & quiescentibus dum
prophanam edem usque adfundamenta dirueret. aras omnes
atque simulachra redegit inpulverem. Quo viso rustici. cum se
intelligerent divino nutu obstupefactos atque perteritos, ne episcopo
repugnarent. omnes fere in Ihesum Christum dominum crediderunt
clamantes palam. & confitentes deum martini colendum, ydola
negligenda, que sibi adesse non possent.

Quid etiam in pago eduorum gestum sit referam. Ubi dum
templum itidem everteret furens gentilium rusticorum in eum
irruit multitudo. Cumque unus audacior ceteris stricto eum gla-
dio peteret reiecto pallio nudam cervicem percussori prebuit. Nec
cunctatus ferire gentilis. sed cum dexteram altius extulisset re-
supinus ruit consternatusque divino metu veniam precabatur.
Nec illud dissimile huic fuit cum eum ydola destruentem cultro
quidam ferire voluisset. in ipso ictu ferrum ei de manibus excus-
sum non comparuit. Plerumque autem contradicentibus sibi rusti-
cis ne eorum fana destrueret. ita predicatione sancta gentilium
animos mitigabat ut luce eis veritatis ostensa ipsi sua templa
subverterent. Curationum vero tam potens in eo gratia erat
ut nullus fere ad eum egrotus accessit qui non continuo recepit
sanitatem. Quod vel ex consequenti liquebit exemplo.
Treveris puella quedam dira paralysis egritudine tenebatur
ita ut iam per multum tempus nullo ad humanos usus corporis
offitio fungeretur. omni ex parte premortua vix tenui spiritu palpi-
tabat. Tristes ad solam funeris expectationem assistebant propinqui
cum subito nuntiatur ad civitatem illam venisse martinum. Quod
ubi pater puelle comperit. cucurrit exanimis pro filia rogaturus.
Et forte iam martinus ecclesiam fuerat ingressus. ibi inspectante
populo multisque aliis episcopis presentibus heiulans senex genua eius
amplectitur dicens. Filia mea moritur miso genere languoris.
et quod ipsa est morte crudelius. solo spiritu vivit iam carne premor-
tua. rogo ut eam adeas atque benedicas. Confido enim quod per te
reddenda sit sanitati. Qua ille voce confusus obstupuit et re-
fugit. dicens hoc sue non esse virtutis senem errare iudicio. non
esse se dignum per quem dominus signum hoc virtutis ostenderet. P

ſtare cepit uehementius flens pr̄ & orare ut exanimem uisita-
ret. Poſtremo acircunstantibus epis ire compulsus descendit
addomum puelle / ingens turba pro foribus expectans qd ſer
dei ſuus eēt acturus. Ac pmum que erant illius familiaria
in huiuſmodi rebus arma / solo proſtratus orauit. Dein egram
intuens: dari sibi oleum postulat. Quod cum bndixiſſ, inos
puelle uim sancti liquoris infudit / statimque uox reddita ē. Tu
paulatim singula contactu ei' cepunt membra uiuescē / don
firmatis greſſibus pplo teste surrexit.

Eodemque tempore tetradij cuiusdam proconsularis uiri ſuus de-
monio correptus dolendo exitu cruciabatur. Rogatus ergo mā-
tinus ut ei manum imponeret deduci eum adse iubet. Sz neq
spūs nullo proferri modo excella inqua erat potuit / ita in
aduenientes rabidis dentibus seuiebat. Tum tetradius ad genua
beati uiri aduoluit' orans ut addomum inqua demoniacus ha-
bebatur ipe descenderet. Tum uō martinus negare se profani
& gentilis domum adire non posse. Nam tetradius eodem tpr
adhuc gentilitatis errore implicitus tenebatur. Spondet ergo se
si depuero demon fuiſſ exactus / xpianum fore. Ita martin'
imposita manu puero immundum abeo spm̄ eiecit. Quo ui-
so tetradius dnm nr̄um filium xpm̄ credidit / statimque cate-
cuminus factus nec multum post baptizatus ē: semperque mar-
tinum salutis sue auctorem miro coluit affectu.

Per eadem tps ineodem opido ingreſſus patris familias cuiusdam
domum / inlimine ipo restitit / dicens horribile inatrio dom'
demonium se uidere. Cui cum ut discederet imperaret quedam
efamilia q in interiori pte ediū morabatur arripuit. Seuire
dentibus miſſ cepit & obuios quosque laniare. Comota dom' fami-

lia turbata: ppls in fugam uersus. Martinus se furenti obiecit.
ac primum stare ei imperat. Sz cum dentibus fremeret. hiantique
ore morsum minabatur / digitos ei martinus inos intulit. Si
hs inqt aliquid potatis / hos deuora. Tum uo ac si candens
ferrum faucibus accepisset / longe reductis dentibus / digitos bti uiri
uitabat attingere. Et cum fugere de obsexo corpore penis &
cruciatibus cogeretur. nec tamen exire ei per os liceret. feda relinquens
uestigia / fluxu uentris egestus est.

Interea cum demgeti atque impetu barbarorum subito / ciuitatem
fama turbasset / demoniacum adse exhiberi iubet. imperat ut an
uerus esset hic nuntius fateretur. Tunc confessus est sedecim de
mones fuisse qui rumorem hunc ppopulum disseminassent / ut
hoc saltem metu exillo martinus opido fugaretur. barbaros non
minus quam incursione cogitare. Ita cum hec immundus spiritus
media in ecclesia fateretur metu & turbatione presenti ciuitas libe
rata est.

Apud parisius uo dum portam ciuitatis illius magnis secum turbis
euntibus introiret. leprosum miserabili facie. horrentibus cunctis
obsculatus est. atque benedixit. Statimque omni malo emundatus
postero die adecclesiam ueniens / nitenti cute. gratias pro sanitate quam
receperat agebat. Sz ne hoc pretereundum est. quod fimbrie uestimen
tis eius ciliciique detracte: crebras super infirmantibus egere uir
tutes. Nam cum aut digitis illigate aut collo indute sunt. persepe
abegrotantibus morbos effugauerunt.

Arborius aut uir prefectorius sancti admodum & fidelis ingenii cum
filia eius grauissimis quartanis febribus ureretur. epistolam martini
que casu adeum delata fuerat. pectori puelle in ipso accessu ar
doris inseruit. statimque fugata febris est. Que res apud arbo
rium intantum ualuit. ut statim puellam deo uoueret & perpe

tue uirginitati dicaret. Profectusque ad martinum. puellam quam prius obuirtutum eius testimonium quae per absentem licet curata esset obtulit. nec ab alio eam quam a martino habitu uirginitatis imposito passus est consecrari.

Paulinus uero uir magni postmodum futurus exempli cum oculum grauiter dolere cepisset et iam pupillam eius crassior nubes superducta texisset oculum ei martinus peniculo contigit pristinamque ei sanitatem sublato omni dolore restituit.

Ipse autem cum casu quodam de cenaculo deuolutus et per confragosos scale gradus decidens multis uulneribus esset affectus cum exanimis iaceret in cella: et immoditis doloribus cruciaretur nocte ei angelus uisus est eluere uulnera et salubri unguine contusi corporis membra contingere. atque ita postero die restitutus est sanitati ut nihil unquam pertulisse incomodi putaretur. Sed quia longum est ire per singula sufficiant hec uel pauca de plurimis satisque sit. nos et in excellentibus non subtrahere ueritatem et in multis uitare fastidium. Atque ut minora tantis inseram. quis ut est nostrorum etas temporum quibus iam deprauata omnia atque corrupta sunt ut pene precipuum sit adulationi regie sacerdotalem non cessisse constantiam.

Cum ad imperatorem maximum ferocis ingenii uirum et bellorum ciuilium uictoria elatum plures ex diuersis partibus episcopi conuenissent et feda circa principem adulatio notaretur. seque degeneri inconstantia regie clientele sacerdotalis dignitas subdidisset in solo martino apostolica auctoritas permanebat. Nam et si pro aliquibus supplicandum regi fuit. imperauit potius quam rogauit et a conuiuio eius frequenter rogatus abstinuit. dicens se mense eius participem esse non posse. qui imperatores unum regno, alterum

uita expulisset. Postremo cum maximus se non sponte sump
sisse imperium affirmaret. sed impositam sibi amilitibus diuino
nutu regni necessitatem armis uitam defendisse. et non alie
nam abeo dei uoluntatem uideri, penes quem iam incredi
bili euentu uictoria fuisset. nullumque exaduersariis nisi in
acie occubuisse, tandem uictus uel ratione uel precibus, ad
conuiuium uenit. Mirum inmodum gaudente rege, quod
impetrasset. Conuiue autem aderant, uelut addiem festum
euocati, summi atque illustres uiri. Prefectus idemque consul euo
dius uir. quo nihil umquam illo iustius fuit. Comites duo summa
potestate politi. Frater regis, et patruus. Medius inter hos
martini presbiter accubuerat. Ipse autem sellula iuxta regem
posita consederat. Admedium fere conuiuium. ut moris est
pateram regi minister obtulit. Ille sancto admodum episcopo potius
dari iubet. expectans atque ambiens, ut abillius dextera pocu
lum sumeret. Sed martinus ubi ebibit. pateram presbitero suo
tradidit. nullum scilicet existimans digniorem qui post se prior biberet,
nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos qui arege
erant proximi presbitero pretulisset. Quod factum imperator, omnesque
qui tunc aderant ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis inquo contempti
fuerant placeret. Celeberrimumque peromne palatium fuit. fecisse martinum
inregis prandio. quod ininferiorum iudicum conuiuiis.
episcoporum nemo fecisset. Eidemque maximo longe ante predixit futurum
ut si aditaliam pergeret quo ire cupiebat. bellum ualentiniano
imperatori inferens, sciret se primo quidem impetu futurum esse uicto
rem. sed paruo post tempore esse periturum. Quod quidem ita ui
dimus. Nam primo aduentu eius, ualentinianus infugam uersus est,
Deinde post annum fere resumptis uiribus. captum intra aquileie

muros maximum interfecit. Constat aut angelos abeo ple-
rumq; visos: ita ut conspio invicem apud eum simone loqueretur.
D iabolum vo tam conspicabilem & subiectum oculis habebat, ut
sive se inpropria substantia contineret, sive indiversas figuras
spales q nequitias transtulisset, qualibet abeo subimagine videtur.
Quod cum diabolus sciret effugere se non posse conviciis eu frequenter
arguebat, quia fallere non posset insidiis. Quodam aut tpr.
cornu bovis cruentum inmanu tenens cum ingenti fremitu cel-
lulam eius irrupit, cruentam q; ostentans dexteram & admisso
recens scelere congaudens, ubi e martine inqt virtus tua? unu
de tuis modo interfeci. Tunc ille convocatis fratribus refert quid
diabolus indicasset, sollicitos ee precepit pcellulas singulorum, qs
nam hoc casu fuisset affectus. Neminem qdem de esse demona-
chis, s unum rusticum mercede conductum. ut vehiculo ligna
deferret, isse adsilvam nuntiant. Iubet igitur aliquos ire ei
obviam. Ita haud longe amonasterio, iam pene exanimis in
venitur. extremum tm spm trahens. Indicat fratribus casum
mortis & vulneris. Iunctis scilz bobus, dum dissoluta arctius
lora constringit. bovem sibi excusso capite inter inguina cor-
nu adegisse. Nec multum post vitam reddidit. Videris quo
iudicio dni diabolo data fuerit hec potas. Inmartino illud mi-
rabile erat, q non solum hoc quod supra retulimus, s multa
istiusmodi, siquotiens accidissent, longe an pvidebat. & sibi
nuntiata, fratribus indicabat. Frequenter aut diabolus dum mille
nocendi artibus sanctum virum conabatur illudere visibilem se
ei formis diversissimis ingerebat. Nam interdum iniouis psona
plerumq; mercurii, psepe et se veneris ac minerue transfiguratu
vultibus offerebat. Adversus quem semp interitus signo se crucis
& oronis auxo protegebat. Audiebantur et plerumq; qnitia qbus

illum turba demonum proteruis uocibus increpabat. sed omnia falsa et uana cognoscens non mouebatur obiectis. Testabantur etiam aliqui ex fratribus audisse se demonem proteruis martinum uocibus increpantem: cur intra monasterium aliquos ex fratribus qui olim baptismum diuersis erroribus perdidissent conuersos postea recepisset, exponentem crimina singulorum. Martinum diabolo repugnantem respondisse constanter. antiqua delicta melioris uite conuersatione deleri. et per misericordiam domini absoluendos esse peccatis qui peccare desinerent. Contradicente diabolo: non pertinere aduenia criminosos, et semel lapsis nullam a domino praestari clementiam, tunc in hanc uocem fertur exclamasse martinus. Si tu ipse o miserabilis ab hominum insectatione desisteres, et te factorum tuorum uel hoc tempore cum dies iudicii in proximo est peniteret, ego tibi uere confisus in domino: xpi misericordiam pollicerer. O quam sanctam de domini pietate presumptio, in qua et si auctoritatem praestare non potuit, ostendit affectum. Et quia de diabolo eiusdem que artibus sermo exortus est. non abre uidetur licet extrinsecus referre quod gestum est. Quia et quedam in eo martini uirtutum portio est. et res digna miraculo recte memorie mandabitur: in exemplo cauendi siquod deinceps uspiam tale contigerit. Clarus quidam nomine adolescens nobilissimus, mox presbyter. tunc feliciter beato excessu. cum relictis omnibus se ad martinum contulisset, breui tempore ad summum fidei uirtutumque omnium culmen emicuit. Itaque cum haud longe sibi ab episcopi monasterio tabernaculum constituisset, multique apud eum fratres commorarentur iuuenis quidam ad eum anatholius nomine, sub professione monachi omnem humilitatem atque innocentiam mentitus accessit habitauitque aliquandiu in commune cum cunctis. Dein procedente tempore angelos apud se loqui solere dicebat. Cum fidem dictis nullus ad-

hiberet, signis quibusdam plerosque ad credendum cohortabatur
Postremo eousque processit ut inter se ac dominum angelos discurrere
predicaret. Tamque se unum ex profetis haberi volebat. Clarus tamen
nequaquam ad credendum cogi poterat. Ille ei iram domini et presentes
plagas cur sancto non crederet comminari: Postremo in hanc
vocem erupisse fertur: Ecce hac nocte vestem mihi candidam
dominus de celo dabit: qua indutus in medio vestrum diversabor.
Idque vobis signum erit me in dei esse virtute: qui dei veste do-
natus sim. Tum vero grandis omnium ad hanc professionem
expectatio fuit. Itaque ad medium fere noctis fremitu insultan-
tium commoveri omne monasterium loco visum est. Cellulam autem
qua idem adolescens continebatur, crebris cerneres micare lu-
minibus. fremitusque in ea discurrentium: et murmur quoddam
multarum vocum audiebatur. Dein facto silentio egressus unum
de fratribus ad se vocat, tunicamque ei qua erat indutus ostendit.
Obstupefactus ille: convocat cunctos. Ipse etiam clarus accurrit.
adhibitoque lumine: vestem omnes diligenter inspiciunt. Erat
autem summa mollitie: candore eximio: micanti purpura. Nec
tamen cuius esset generis aut velleris poterat agnosci. Curiosius
tamen oculis aut digitis astrectata non aliud quam vestis vide-
batur. Interea clarus fratres admonet orationi instare: ut
manifestius eis dominus quid nam esset ostenderet. Itaque reliquum noctis
ymnis psalmisque consumitur. At ubi illuxit dies, apprehen-
Interim bestia ad consuetudinarium illud cene tempus occurrit. uacua cellula, cum familiarem predonum abesse sentiret, ingressa curiosius explorans ubi nam esset habitator. casu contigua cum panibus quinque palmicia sportella pendebat. ex his unum presumit et deuorat. Dein perpetrato scelere discessit. Regressus heremita uidet sportulam dissolutam, non constante panum numero. dampnum rei familiaris intelligit, ac prope limen panis assumpti fragmenta cognoscit. Sed non erat incerta suspitio, que furtum persona fecisset. Ergo cum sequentibus diebus secundum consuetudinem bestia non uenisset: nimirum audacis facti conscia ad eum uenire dissimulans, cui fecisset iniuriam: egre patiebatur heremita se alumne solatio destitutum. Postremo illius oratione reuocata septimum post diem affuit ut solebat ante cenam. Sed ut facile cerneres uerecundiam penitentis, non ausa propius accedere deiectis in terram profundo pudore luminibus, quod palam licebat intelligi, quandam ueniam precabatur. Quam illius confusionem heremita miseratus, iubet eam propius accedere. ac manu blanda caput triste permulcet. Dein pane duplicato ream suam reficit. Ita indulgentiam consecuta officii consuetudinem deposito merore reparauit. Intuemini queso Christi et in hac parte uirtutem, cui sapit omne quod brutum est. cui mite est omne quod seuit. Lupa prestat officium. lupa furti crimen agnoscit, lupa conscio pudore confunditur. Uocata adest. caput prebet. et habet sensum indulte sibi uenie, sicut pudorem gessit erroris. Tua hec uirtus Christe: tua sunt hec Christe miracula. Et enim que in tuo nomine operantur serui tui, tua sunt. et in hoc ingemiscimus, quod maiestatem tuam fere sentiunt, homines non uerentur.

Ne cui autem hoc incredibile forte uideatur, maiora memorabo. Fides Christi adest. me nihil fingere nec incertis auctoribus uulgata narrare. Sed que mihi per fideles uiros comperta sunt explicabo: habitant plerique in heremo sine ullis tabernaculis, quos anachoritas uocant. Viuunt herbarum radicibus, nullo umquam certo loco

consistunt. ne ab hominibus frequententur. Qua nox coegerit
sedes habent. Ad quendam igitur hoc ritu atque hac lege uiuentem
duo ex nitria monachi: licet longa & diuersa regione: tamen quia
olim ipsis in monasterii conuersatione carus & familiaris fuisset: au-
ditis eius uirtutibus tetenderunt. Quem diu multumque quesitum.
tandem mense septimo repperERUNT: in extremo illo deserto quod
est memphis contiguum demorantem. Quas ille solitudines iam per
annos duodecim dicebatur habitare. Qui licet omnium hominum ui-
taret occursus, tamen agnitos non refugit: seque karissimis per triduum
non negauit. Quarto die aliquantulum progressus, cum prosequeretur
abeuntes: leenam mire magnitudinis ad se uenire conspiciunt.
Bestia licet tribus repertis non incerta quem peteret: anachorite pe-
dibus aduoluitur, & cum fletu quodam ac lamentatione procumbens:
indicabat gementis pariter & rogantis affectum. Mouit omnes
& precipue illum qui se intellexerat expetitum: precedentem sequuntur.
Nam pergens & subinde restans: subinde respectans facile poterat
intelligi id eam uelle. ut quo illa duceret anachorita sequeretur.
Quid multis: Ad speluncam bestie peruenitur: ubi illa adultos
iam quinque catulos male feta nutriebat. Qui ut clausis lumi-
nibus ex aluo matris exierant: cecitate perpetua tenebantur.
Quos singulos de rupe prolatos ante anachorite pedes mater
exposuit. Tum demum sanctus animaduertit quid bestia po-
stularet. Inuocatoque dei nomine: contrectauit manu lumina
clausa catulorum: ac statim cecitate depulsa: apertis oculis be-
stiarum diu negata lux patuit. Ita fratres illi, anachorita quem
desiderabant uisitato, cum admodum fructuosa laboris sui merce-
de redierunt. qui in testimonium tante uirtutis admissi: fidem
sancti: gloriam christi que per illos esset testificanda uidissent. Mi-
ra dicturus sum. Leenam post dies quinque ad auctorem tanti be-
neficii reuertisse. eidemque inusitate fere pellem pro munere detu-
lisse. Qua plerumque sanctus ille quasi amiculo circumtectus, non dedi-

gnatus ē munus p bestiam sumē / cui alium potius intpretabatur auctorem:

Erat etiam alterius anachoritę in illis regionib; nomen illustre. q in ea parte deserti quę syenis iungitur habitabat. Hic cū primū se ad heremū contulisset: & herbis herbarumq; radicibus: quas pdulces interdum & saporis eximij fert harena uicturus: ignarus germinis eligendi / noxia plerunq; carpebat. Nec erat facile uim radicum sapore discernē. qz omnia eq; dulcia / s; pleraq; occultiore natura uirus letale cohibebant. Cum ergo edentē uis intīna torquēt / & immensis dolorib; uitalia uniuersa quateret. ac frequens uomitus cruciatib; nō ferendis: ipsam animę sedem stomacho iam fatiscente dissolueret / omnia penitus quę erant eda formidans / septimum in ieiunijs diem spū deficiente ducebat. cum ad eum fera cui ibicis ē nomen accessit. Huic prope astanti fasciculum herbarum quē collectum pridie attingē nō audebat obiecit. Sz fera quę uirulenta erant ore discutiens / quę innoxia nouerat eligebat. Ita uir sanctus eius exemplo / quid edere quid respuē debēt edoctus / & periculum famis euasit / & herbarū uenena uitauit. Sz longū est de omnibus qui heremū incolunt compta nob uel audita nominare. Annū integrū & septem fere menses intra solitudines constitutus exegi: magis uirtutis admirator alienę q quod ipse tam arduū atq; difficile potuerim temptare ppositum. Sepius tamen cum sene illo qui puteū & bouē habebat habitaui.

Duo bti antonij monasteria adiui / quę hodieq; ab eius discipulis incoluntur. Ad eum etiam locum in quo beatissimus paulus primus heremita ē diuersatus accessi. Rubrum mare uidi: iugū syna montis cuius summum cacumen celo pene contiguū nequaq adiri pot. Intra huius recessus anachorita ee aliquis ferebatur. quem diu multumq; quesitum: uidere nō potui. Qui fere iam an quinquaginta annos a conuersatione humana remotus / nullo uestis usu. setis corporis sui tectus / nuditatem suam diuino munē uestiebat. Hic quoties

eum religiosi viri adire voluerunt cursu avia petens congressus
vitabat humanos. Uni tantummodo ferebatur se ante quinquennium
prebuisse. qui credo potenti fide id obtinere promeruit. Cui inter mul-
ta colloquia percontanti cur homines tantopere vitaret: respondisse
perhibetur, eum qui ab hominibus frequentaretur non posse ab angelis fre-
quentari. Unde non immerito recepta opinione multorum fama vul-
gaverat sanctum illum ab angelis visitari. Ergo autem a Syna monte
digressus, ad nylum flumen regressus, eius ripas frequentibus monasteriis
consitas utraque ex parte lustravi. Plerumque vidi ut dudum dixeram
uno in loco habitare centenos. sed et bina et terna milia in isdem
viculis agere constabat. Nec sane ibi minore putetis dispensatione virtutem
in multitudine monachorum esse virtutem, quam eorum esse cognoscitis.
qui se ab humanis cetibus removerunt. Precipua ut iam dixeram
ibi virtus et prima est obedientia. Neque aliter adveniens ad monasterium abbatis
suscipitur. quam qui temptatus prius fuerit et probatus. nullum umquam
recusaturum quamlibet arduum ac difficile indignumque tolleratu dum
abbatis imperium.

Duo vobis referam incredibilis obedientię admodum magna mi-
racula licet suppetant plura recolenti. Sed ad excitandam virtutum
emulationem, cui pauca non sufficiunt, multa non proderunt.
Ergo cum quidam secularibus actibus abdicatis monasterium magnę dispo-
sitionis ingressus cepisset rogare. abbas ei cepit multa proponere gra-
ves esse istius disciplinę labores: sua non dura imperia, quę nullius
facile valeret implere patientia. Aliud potius monasterium, ubi facilioribus
legibus viveretur expeteret. non temptaret aggredi, quod implere
non posset. Nihil non ille his terroribus permoveri, sed magis ita omnem
obedientiam polliceri: ut si eum abbas in ignem ire preciperet non
recusaret intrare. Quam illius professionem ubi magister accepit
non est cunctatus probare profitentem. Casu clybanus prope arde-
bat, qui multo igne succensus coquendis panibus parabatur. exun-
dabat abruptis flamma fornacibus, et intra camini illius concava
totis habenis regnabat incendium. Hoc igitur advenam illum iubet magister

intrare. Nec distulit parere precepto: medias flamas nihil cunctatus ingreditur. Que mox tam audaci fide victe. velut illis quondam hebreis pueris, cessere venienti. Superata non est; fugit incendium quod qui putabatur arsurus, velut frigido rore perfusus, se ipse miratus est. Sed quid mirum si tuum christe tironem ignis ille non attigit. ut nec abbatem pigeret dura mandasse: nec discipulum peniteret impio paruisse. qui eo quo aduenerat die dum temptaretur infirmus perfectus inuentus est. Merito felix, merito gloriosus. probatus obedientia: glorificatus passione.

In eodem monasterio: factum id quod dicturus sum recenti memoria ferebatur. Quidam itidem ad eundem abbatem recipiendus aduenerat. Cum prima ei lex obedientie poneretur. ac perpetem pollicetur ad omnia vel extrema patientiam. casu abbas storacinam virgam iam pridem aridam manu gerebat. Hanc solo fixit, atque illi aduene id operis imponit: ut tamdiu virgule aquam irriguam ministraret, donec quod contra omnem naturam erat. lignum aridum in solo arente uiuesceret. Subiectus aduena duce legis impio, aquam propriis humeris cotidie conuehebat. que a nilo flumine per duo ferme milia petebatur. Iamque emenso anni spatio labor non cessabat operantis quod defectu operis spes esse non poterat. tamen obedientie uirtus in labore durabat. Sequens quoque annus uanum laborem iam affecti fratris eludit. Tertio demum succedentium temporum labente curriculo, cum neque nocte, neque interdiu aquarius ille cessaret operator, uirga floruit. Ego ipsam ex illa uirgula arbustulam que hodieque in tra atrium monasterii est, ramis uirentibus uidi, que in testimonium manens quantum obedientia meruit, et quantum fides possit ostendit. Sed me dies ante deficiet. quam diuersa miracula que in desertis uirtutibus sunt experta consumem.

Duo uobis adhuc per laca memorabo, quorum unum egregium erat ad versum inflationem misere uanitatis exemplum, alterum aduersus falsam iustitiam non mediocre documentum. Quidam ergo sanctus

fugandorum de corporibus obsexis demonum incredibili preditus
potestate, inaudita per singulos dies signa faciebat. Non solum enim
presens, nec uerbo tantum, sed absens quoque interdum cilicij sui
fimbrijs aut epistolis missis corpora obsexa curabat. Hic ergo mi-
rum in modum frequentabatur a populis ex toto ad eum orbe ue-
nientibus. Taceo de minoribus: prefecti comitesque ac diuersarum
iudices potestatum pro foribus illius sepe iacuerunt. Episcopi quoque
sanctissimi sacerdotali auctoritate deposita, contingi se ab eo atque
benedici humiliter postulantes, sanctificatos se ac diuino munere illu-
stratos, quotiens manum illius uestemque contigerant, non inmerito
crediderunt. Hic ferebatur omni potu in perpetuum penitus absti-
nens, ac pro cibo tibi Sulpici in aurem loquar, ne Gallus hic audiat,
septem tantum caricis sustentari. Interea sancto uiro ut ex uirtute
honor, ita ex honore uanitas cepit horrepere. Quod malum ille
ubi primum potuit in se sentire crassari, diu multumque discutere co-
natus est, sed repelli penitus uel tacita conscientia uanitas perse-
uerante uirtute non potuit. Ubique nomen eius demones fatebantur:
excludere a se confluentium populos non ualebat. Uirus interim
latens serpebat in pectore. Et cuius nutu ex alienis corporibus de-
mones fugabantur, se ipsum occultis cogitationibus uanitatis pur-
gare non poterat. Totus igitur precibus conuersus ad deum fertur orasse,
ut permissa in se mensibus quinque diaboli potestate, similis his fieret
quos ipse curauerat. Quid multis morer? Ille prepotens, ille
qui signis atque uirtutibus toto oriente uulgatus, ille ad cuius
limina populi ante confluxerant, ad cuius fores summe istius
seculi se prostrauerant potestates, correptus a demone, tentus
in uinculis, omnia illa que energumini solent ferre perpessus.
Quinto demum mense purgatus est non tantum demone, sed quod illi erat
utilius atque optatius, uanitate. Sed mihi ista replicanti: nostra
infelicitas: nostra occurrit infirmitas. Quis enim nostrum est, quem
si unus homunculus humilis salutauerit aut fatuis atque adu-

lantib; uerbis femina una laudauerit: nō continuo elatus sit su-
pbia: nō statim inflatus sit uanitate: ut etiam sinō habeat consci-
entiam sanctitatis: tamen uel qr stultorum adulatione aut for-
tassis errore sanctus ēe dicatur: sctissimum se putabit. tam nō si
ei munera crebra mittant dei se magnificentia assrit honoratū
cui dormienti atq; resoluto necessaria conferant. Q3 si uel demo
dico ei aliqua uirtutis signa successerint angelū se putaret.
Cetium cum nq ope nq uirtute conspicuus sit si quis clericus fuit
effectus: dilatat continuo fimbrias suas. gaudet salutationib;
inflatur occursionibus: ipe et ubiq; discurrit. et qi añ pedibus
aut asello ire consueuerat spumeo equo supbus inuehitur. pua
ṗus ac uili cellula cōtentus habitare. erigit celsa laquearia.
9struit multa conclauia. sculpit hostia: pingit armaria: uestē
respuit grossiorem indumtum molle desiderat. atq; hec caris
uiduis ac familiaribus mandat tributa uirginib; illa ut byrrū
rigentem hec ut fluentem texat lacnam. Verū hec describē-
da mordacius btō uiro hieronymo relinquam⁹. ad ppositū reūtar.
Tu nō ingt gallus meus nescio qd hieronymo reliqueris dispu-
tandum. Ita breuit uniūsa nr̄orū instituta 9plexus es: ut pau-
ca hec tua ūba si equanimit acceperint & patient expenderit:
multum eis arbitrer profutura: ut nō indigeant post hec libris
hieronymi coherceri. S3 tu illa potius euolue que cepas. & illd
quod aduersus falsam iustitiam dicturum te ēe promiseras pde
documentum. Nam ut uere tibi fatear. nullo pniciosius malo
intra gallias laboramus. Ita faciam postumianus ingt nec
te diutius tenebo suspensum.

Adolescens qdam ex asia diues opibus gn̄e clarus: hn̄s uxorē
& filiū paruulum cum in egypto tribunus eēt & freqntibus
aduersum plembes expeditionib; quedam heremi cōtigiss. sctōr
et tabernacula cum plura uidiss a btō uiro iohe ūbum salu-
tis accepit. Nec moratus inutilem militiā cum uano illo ho-

nore contemnē: heremū constant ingressus: breui tempore in oī
gñe uirtutum pfectus emicuit. Potens ieiunijs: humilitate cōspicu⁹.
fide firmus/ facile se antiqs monachis studio uītutis equauerat.
Cum interim subijt eum cogitatio iniecta pdiabolū/ quod rectius
ēet ut rediret adpatriam/ filiumq3 unicum ac domū totā cū uxore
saluaret. Quod utiq3 ēet acceptius deo. q̄ si solum se seculo eripe
contentus/ salutē suorum non sine impietate negligeret. Istius-
modi ergo falsę iustitię colore supatus: post quadriennium fere
cellulam suam atq3 ppositum heremita deseruit. Sz ubi adpximū
moñ. quod amultis fr̄ib3 habitabatur accessit: cām discessionis
atq3 consiliū querentib3 confitetur. Renitentib3 cunctis & pci-
pue loci illius abbate/ male aīo fixa sñia nō potuit auelli. In-
felici igr̄ se obstinatione proripiens/ cum dolore oīuz digressus
afr̄ibus/ uix econspectu discesserat/ impletus ademone/ cruentasq3
spumas ore proboluens suis dentib3 se ipē lacerabat. Dein ad
idem moñ fratrum humeris repōtatus cum coherceri in eo im-
mundus sp̄s non ualeret. necessitate cogente/ ferreis nexib3
alligat̄. pedes cum manib3 uinciunt̄. Non immerita pena fu-
gitiuo/ ut quem non cohibuerat fides/ catene cohibēent. Post bi-
ennium demum orōe frātrum abimmūdo sp̄u liberatus/ ad
heremū unde discesserat mox regressus/ & ipē correptus & alijs
post futurus ex̊: nequem aut falsę iustitię umbra decipiat:
aut incerta mobilitas inutili leuitate compellat/ semel cepta de-
serere. Hec uos deuirtutib3 dñi: quas in suis suis uel imitanda
opatus ē uel timenda/ scire sufficiat. Sz qr satisfeci auirib3 uris
imo et uerbosior fui fortasse q̄ debui: tu m̄o/ adme aut loqbat̄.
debitū fōen⁹ exsolue/ ut te demartino tuo ut es solitus pla re-
ferentem: iam pridem in hoc desiderijs meis estuantib3 audiaz.
Quid inq̄. tibi demartino meo liber ille nō sufficit/ que ipē
tu nosti me deillius uita atq3 uirtutibus edidisse. ∩
Agnosco id quidem postumianus inqt. nz unq̄ a dextera mea

liber ille discedit. Nam si agnoscis apit librū qui subueste latebat: en ipsum: Hic mihi inquit terre ac mari comes/ hic in peregrinatione tota socius & consolator fuit. Sz referam tibi plane quo liber iste penetrauit: & q̄ nullus fere in orbe terrarū locus sit: ubi nō materia tam felicis hystorie puulgata teneat̄. Primꝰ enim romane urbi. uir studiosissimus tui paulinus inuexit. Deinde cum tota certatim urbe rapetur/ exultantes librarios uidi q̄ nihil abhis questuosius haberetur. Siquidem nihil illo promptiꝰ nihil carius uenderetur. Hic nauigationis mee cursus longe ante progressus/ cum ad afficam uenissem: iam ptotā cartaginem legebatur. Solus eum cyrenensis ille p̄sbr̄ non habebat. s; me largiente descripsit. Nam qd ego de alexandria loquar. ū pene omnib; magis q̄ t̄ notus est. Hic egyptū nitriam: thebaidam: ac tota memphytica regna transiuit. Hunc ego in heremo aquodam sene legi uidi. Cui cū me familiare tuū ēē dixissem: & ab illo & amultis frib; hec mihi iniūcta legatio est. ut si unq̄ terras istas te incolumi contigissem: eā te supplē cōpellerem: que nullo tuo libro deuirtutib; btī uiri professus es pterisse. Age ergo qz non illa ate audire desidero que scripta sufficiunt. illa que tum uel pp legentiū ut credo fastidiū pteristi: multis id una mecū ate poscentib; explicentur.

E quidem postumiane inq̄. cum te iam dudum de sc̄ōrū uirtutibus intentus audirem/ tacitis ad martinū meū cogitationibus recurrebam: merito pspiciens. omnia illa que singuli diūsa fecissent. punū istum facile completa. Nam cum excelsa retuleris/ quod in dixisse liceat pace sanctorum: nihil ate penitus audiui in quo martinus esset inferior

S ed sicut nullius unq̄ cum illius uiri meritis prosites conferendam ēē uirtutem. ita illud animaduerti deret. in qua illū cum heremitis/ uel etiam anachoritis condicione conferri. Illi enim abomni impedimento liberi/ celo tantū atq; aglis

testibus: plane admirabilia docentur operari. iste in medio cetu
& conuersatione populorum / int' clericos dissidentes: int' epos
seuientes: cum fere cotidianis scandalis hinc atq; inde pmeret'
inexpugnabili tam' adu'sus omnia u'tute fundatus stetit: &
tanta operatus est q'ta ne illi quidem quos ante audiuimus ee' in
heremo uel fuisse fecerunt. Ac si illi paria fecissent: quis iudex
tam e'et iniustus: ut no' istum ee' potiore' merito iudicaret: Pu-
ta enim istum fuisse militem q pugnauerit in iniquo loco: &
tam' uictor euaserit. Illos aut' eque compone militib;: s; qui ex
equo loco aut etiam desuperiore c'tauerint. Quid ergo? & si
o'ium una uictoria e': non pot ee' par g'lia. Tamen cum prela-
ta retuleris / a nemine retulisti mortuu' suscitatu'. Quo uno
utiq; te nece'e est co'fiteri. martino neminem q'ferendu'. Nam
si admirandum est. q' illum egyptiu' flam'a no' attigit. Hic
q'; sepius imperauit incendijs. Si reuoluas quod anachoritis fe-
ritas bestiarum victa subcubuit. hic familiarit' & ferarum
rabiem / & s'pentiu' uenena conspescuit. Et si illum conferas
qui i'mundis spiritibus obse'sos uerbi imp'io aut et' fimbrie
uirtute curabat: ne in hac quidem p'te inferiore' fuisse marti-
num: multa docume'ta sunt. Si etiam ad illum recurras qui setis
suis pro ueste contectus / putabatur ab angelis uisitari: cum isto
angeli quotidie loquebantur. Iam u'o aduersus uanitate' atq;
iactantiam ita inuictum sp'm gessit: ut illa uitia fortius nemo
co'tempserit / cum q'de' immundis spiritibus afflatos absens ple-
runq; curauerit. nec solum comitib; aut p'fectis / s; ip'is et re-
gibus imperarit. Minimu' id q'dem in illis u'tutib;: s; credas
uelim non solum uanitati / s; causis et atq; occasionib; uanita-
tis / nemine' fortius repugnasse. Parua quidem / s; no' p'tereu-
da dicturus sum: q' & ille laudandus e' / qui su'ma p'ditus potate
tam religiosam ad reuerentia' b'ti uiri o'nderit uoluntate'.
Memini uincentiu' p'fectum / uirum eg'giu' & quo nullus sit
intra gallias omni u'tuti g're p'stantior. du' turonus p'teri-

ret amartino sepius poposcisse / ut ei conuiuium insuo mon̄ daret
Inquo quidem exemplum bti ambrosij epi pstabat: qui eo tpr co-
sules & pfectos subinde pascere ferebantur. ſz uirum altioris in-
genij / nequa exhoc uanitas atq; inflatio obrepet noluisse. Ergo
fatearis netee est inmartino oium illorum quos enumasti fuisse
uirtutes. Martini aut inillis omnibus nō fuisse. Quid tu inqt po-
stumianus ita mecu / qi non eadem tecu sentiam / semp qz sensim.
Ego uō quo ad uiuam semp & sapiam egipti monachos pdicabo.
laudabo anachoritas: mirabor heremitas. Martinu semp exci-
piam. Non illi ego quempiam audeam compare: Hoc egyptus
fatetur. hoc syria: hoc ethyops compit. hoc indus audiuit. hoc
parthus & psa nouerunt: nec ignorat armenia. Bossforus exclu-
sa cognouit. et postremo siqs aut fortunatas insulas: aut glacia-
lem frequentat occeanum. Quo miserior ē regio ista nr̄a cuz q
tantum uirum cum inpximo habuerit nosse nō meruit. Nec
tam huic crimini miscebo populares. soli illum clerici: soli ne-
sciunt sacerdotes. Nec inmerito nosse illum inuidi noluerunt.
qz si uirtutes illius nossent / sua uitia cognouissent. Horreo dicē
quod nup audiui infelicem dixisse nescio quē / te inillo libro tuo
plura mentitu. Non ē hois uox ista ſz diaboli / nec mātino inhac
parte detrahitur / ſz fidei euangelij derogatur. Nam cū dn̄s ipe
testatus sit istiusmoi opa que martinus impleuit abomnibz fi-
delibus ēē facienda: q martinu nō credit ista fecisse / nō credit
xpm ista dixisse. Sz infelices degnēs / somnolenti: que ipi facē
non possunt facta abillo erubescunt. & malunt illius negare
uirtutes q suam inhertiam confiteri.
Verum nobis adalia propantibus / omnis istorum memoria re-
linquatur. tu potius ut iam dudum desidero. residua mātini
opa ɔtexe. At ego inq. Arbitror rectius istud agallo ēē poscē-
dum quippe qui plura nouerit / nā enim ignorare potuit ma-
gistri facta discipulus. & qui nō inmerito istam uicē nō solū
Martino / ſz etiam nobis debeat ut qz ego iam libru editum
ac tu hactenus orientaliu gesta memorasti: istam demū necij

sermonis hystoriam gallus euoluat: quia ut dixit & nobis debet loqu
di uicem, & martino suo credo prestabit. ut non grauiter illius facta
commemoret.
Ego plane inquit gallus licet impar sim tanto oneri, tamen uelatis supra
a postumiano obedientie cogor exemplis ut munus istud quod impo
nitis non recusem. Sed dum cogito me hominem gallum inter aq
tanos uerba facturum, uereor ne offendat uestras nimium urba
nas aures sermo rusticior. Audietis me ut gurdonicum hominem
nihil cum fuco aut coturno loquentem. Nam si mihi tribuitis
martini esse discipulum, illud etiam concedite, ut mihi liceat exemplo
illius inanes sermonum faleras & uerborum oneramenta contemnere.
Tu uero inquit postumianus. uel celtice, aut si mauis gallice loquere:
dummodo iam martinum loquaris. Ego autem profiteor quod et si mutus
esses non defutura tibi uerba, quibus martinum facundo ore loquereris:
sicut zacharie in iohannis nomine lingua resoluta est. Ceterum cum
sis scolasticus. hoc ipsum quasi scolasticus artificiose facis ut excuses
imperitiam: quia exuperas eloquentia. Sed nec monachum tam astutum
nec gallum decet esse tam callidum. Uerum aggredere potius & quod
te manet explica. Nimirum enim dudum alias res agentes con
sumimus tempus & iam solis occidui umbra prolixior monet
non multum diei uicina nocte superesse. Dein cum paululum omnes
conticuissemus gallus ita cepit. Cauendum imprimis mihi esse arbitror.
ne ea de martini uirtutibus repetam que in libro suo sulpitius iste
memorauit. Unde prima illius interim militando gesta pretereo.
neque ea attingam, que laicus egit aut monachus. Nec uero audi
ta ab alijs, potius quam que uidi ipse dicturus sum.

Uo p̄mo igͦ tempore relictis scolis btō me uiro iūxi pa-
ucos post dies euntem ad eccl'ias sequebam̄. Interiz ei
seminudus hybernis mensib; paup occurrat orans sibi
uestimentum dari. Tum ille accersito archidiacono iussit algē-
tem sine ulla dilatione uestiri. Dein secretariū ingressus cum
solus ut erat illi consuetudo resideret. hanc enim sibi et iīn ecclā
solitudinem pmissa cl'is libertate pstabat. Cum quidem in alio
secretario presbiti sederent uel salutationib; uacantes: uel
audiendis negotijs occupati. martinū uō usq; in eam horā qua
solemnia populo agi consuetudo deposceret. sua solitudo cohi-
bebat. Illud nō pteribo quod in secretario sedens nūq̄ cathedra
usus est. Nam in ecclia nemo unq̄ illum sedere conspexit. sicut
qdam nup. testor deum nō sine meo pudore uidi sublimi solio
q̄s regio tribunali celsa sede residentem. Sedebat aūt martinꝰ
in sellula rusticana: ut ē in usibus ~~rusticorū~~ s'uulorū: quas
nos rustici galli tripedias uos scolastici: aut certe tu q de grecia
uenis tripodas nuncupatis. Ergo hoc secretū btī uiri paup ille
captatum cum ei archidiaconus dare tunicam distulisset irrupit
dissimulatum se a clerico querens: algere deplorans. Nec mora scs
paupe nō uidente intra amphybalum sibi tunicam latent̄ eduxit.
pauperem q; contectum discedere iubet. Dein paulo post archidia-
conus ingressus admonet pro c'osuetudine expectare in ecclia po-
pulum. illum ad agenda solemnia debē procedē. Cui ille respō-
dens ait. Paupem prius dese aūt dicebat oportere uestiri. se ad
ecclīaz nō posse procedere. nisi uestem paup acciperet. Diaconus uō
nihil intelligens: q; extrinsecus indutū amphybalo ueste nudū
interius nō uidebat. Postremo paupem nō comparere causat̄.
Mihi inquit uestis que pparata ē deferat̄. paup nō deerit ue-
stiendus. Coactus demum clericus necessitate compulsus iā q;
felle cōmoto e proximis tabernis bigerricam uestem breuēq;
atq; hispidam qnq; comparatā argenteis rapit: atq; an martini
pedes iratus exponit. En inqt uestem: s; paup hic nō ē. Ille

nihil motus iubet eum paululum stare pro foribus. secreto
uteq; procurans dum sibi uestem nudus imponeret. totis uiri
bus elaborans ut possit occultum ee quod fecerat. Sz qui in sctis
uiris latent ista querentibus. uelint nolint cuncta produntur.
Cum hac igitur oblaturus sacrificium deo ueste procedit. Quo
quidem die: mira dicturus sum. Cum iam altariu sicut est
solemne bndiceret. globum ignis decapite illius uidimus e
micare: ita ut insublime gtendens longius collum crinemq;
flamma produceret. Hoc licet celeberrimo factuz die imagna
populi multitudine uiderim⁹ una tantum deuirginib; & un⁹
desp̄sbitis/ tres tantum uidere demonachis. Ceti cur nō uiderit.
non pōt nri ēē iudicij
Per idem fere tempus cum euantius auunculus meus/ uir licet
seculi negotijs occupatus. tam admodū xp̄ianus grauissima
egritudine extremo mortis piculo cepiss& urgueri. Martinu
euocauit. Nec cunctatus ille propauit. Sed tam q̄ mediu uie
spatiū uir beatus euolueret: uirtutem aduenientis sensit egrotus.
Receptaq; continuo sanitate/ uenientib; nobis obuiam ipse pro
cessit. Altera die redire cupientem: magna pte detinuit. Cum
interim unu efamilia puerum letali ictu spens pculit. Quē
iam exanimē uirtute ueneni/ ipse euantius suis humeris illatū/ an pe
des sci uiri / nihil illi impossibile confisus exposuit. tamq; se ma
lum spentis pomnia membra diffuderat. Cernēes exomnib;
uenis inflatam cutem / & aduteis instar tensa uitalia. Mar
tinus porrecta manu uniuersa pueri membra ptractans.
digitum prope ipm uulnusculum quo bestia uirus infuderat
fixit. Tum nō mira dicturus sum) uidimus uenenu exomni pte
reuocatu admartini digitum cucurrisse. Dein pillud ulceris
foramen exiguu ita uirus stipasse cum sanguine / ut solent
exuberib; caprarum aut ouium pastorum manu pssis longa
linea copiosi lactis effluere. Puer surrexit incolumis. Hos
obstupefacti tanti rei miraculo / id quod ipsa cogebat ueritas fa

tebamur: non esse sub celo qui martinum possit imitari.
Consequenti uidem tempore. iter cum eodem dum dioceses uisitat
agebamus. nobis nescio qua necessitate remorantibus. aliquantu
lum ille processerat. Interim per aggere publicum plena militantibus
uiris fiscalis reda ueniebat. Sed ubi martinum in ueste hyspi
da nigro & pendulo pallio circumtectum contigua de latere
iumenta uiderunt. paululum in partem altam pauefacta hesiut.
Dein funibus implicatis protentos illos quibus ut sepe uidistis
missa illa animalia conglobant ordines miscuerunt. Dumque egre
expediuntur moram facere properantibus. qua permoti iniuria mi
litantes: precipitatis in terram saltibus se dederunt. Dein martinum
flagris ac fustibus urguere ceperunt. Cum quidem ille mutus &
incredibili patientia prebens terga cedentibus maiorem insaniam
infelicibus commoueret: magis ex hoc furentes: quod ille quasi non
sentiens uerbera illata contemneret. Hos illico consecuti cede
cruentum, atque uniuersa corporis parte laniatum, cum exani
mis in terra procubuisset inuenimus. statimque eum asello suo im
posuimus. ac locum cedis illius exercrantes, raptim abire ppa
uimus. Interea illi regressi ad redam suam furore satiato, ad
quo rete cepant iumenta perpiunt. Que cum omnia solo fixa ac
si enea riguissent, tollentibus altius uocem mageris, flagris hinc
atque inde resonantibus nihil penitus mouebantur. Consurgunt
deinde omnes pariter in uerbera: consumunt gallicas mulares pe
na mastigias. tota capitur silua de proximo, trabibus iumenta
traduntur. sed nihil penitus ferrea manus agebant, uno atque eodem
in loco stabant fixa simulachra. Quid agerent infelices homines
nesciebant. Nec iam dissimulare poterant quin qualibet brutis
pecoribus cognoscerent diuino numine se teneri. Tandem ergo in se
regressi ceperunt querere quis ille esset, quem eodem loco ante pau
lulum cecidissent. Cum percontantes cognoscunt exponentibus Mar
tinum esse tam crudeliter uulneratum. Tum uero apparere omnibus causa
manifesta, nec ignorare iam poterant quin ob illius uiri iniuria

tenerentur. Igitur omnes rapidis nos passibus consequuntur co
scio facti ac meriti pudore confusi: flentes & puluere quo se
ipsi fedauerant caput atq; ora conspsi: an martini se genua p
uoluunt. ueniam pcantes: & ut eos abire sineret postulātes
satis uel se sola conscientia dedisse penarum: satisq; intellexisse
quā eosdem ipsos uiuos absorbere terra potuiss: uel ipsi potius
amissis sensib; in immobilez saxorū nām rigescē debuissent.
sicut affixa locis quib; steterant iumenta uidissent. orare se
atq; obsecrare ut indulgeret sceleri ueniam & copiam pstaret
abeundi. Senserat etiam priusq̄ accurrerent uir beatus illos te
neri: nobisq; id an iam dixerat. Veniam tam clementer indulx.
eosdem q; abire pmisit / animalib; restitutis.
Illud aūt animadūti sepe sulpici martinū t' dicē solitū nequāq
sibi inepatu eam uirtutum grām suppetisse / quā prius se habuisse
meminiss. Quod si uerū ē / imo q uerū est conijcere possuz
quanta fuerunt illa que monachus opatus est. & que teste nul
lo solus exeruit: cum tanta illum inepātu signa fecisse sub oculis
omnium uiderimus. Multa quidem illius prius gesta innotuere
mundo: nz potuere celari. s; innumerabilia ee dicunt: que du
iactantiam uitat occultauit. Neq; in hominū notitiam passus ē
puenire / quippe humanā substantiam supgressus: uirtutis sue
scientia mūdi gloriam calcans / celo teste fecueret. Quod uerūz
ee / uel ex his que compta nobis sunt: nec latere potuerūt pos
sumus extimare. Siquidem an epatum duos mortuos uite resti
tuerit. quod liber tuus plenius ē loquutus. inepatu uō quod
ptermisisse te miror unū tm̄modo suscitauerit. Cui rei ego
testis sum. si tamen nihil deminus ydoneo teste dubitatis. Id
ipm aūt uobis qualr gestum sit explicabo. Fuerat ca nescio
qua carnotū opidum petebam̄. Interea dū uicum quedā habi
tantiū multitudine frequentissimū ptericem̄. obuiaz nobis
immanis turba processit. que erat tota gentiliū. Nam nemo in
illo uico nouerat xpianuz. Verū ad famā tanti uiri corpos omṅ

late patentes confluentium multitudo contexerat. Sensit hic
martinus operandum, & annuntiante sibi spiritu totus infremuit.
Nec mortale sonans: uerbum dei gentilibus predicabat. Sepius ingemi-
scens cur tanta dominum saluatorem turba nesciret. Interea sicut
nos incredibilis circumdederat multitudo: mulier quedam cuius
filius paulo ante defecerat, corpus exanime beato protensis ma-
nibus cepit offerre dicens. Scimus quod amicus dei es, restitue mihi
filium meum: quia unicus mihi est. Iunxit se cetera multitudo: &
matris precibus acclamabat. Tum martinus uidens per expectantium sa-
lute ut postea nobis ipse dicebat, consequi se posse uirtute, defuncti
corpus propriis manibus accepit. Et cum expectantibus cunctis ge-
nua flexisset ubi consumata oratione surrexit, uiuificatum paruu-
lum matri restituit. Tum uero multitudo omnis in celum clamore
sublato. christum deum fateri: postremo cuncti cateruatim ad genua
beati uiri ruere ceperunt. fideliter postulantes ut eos faceret christianos:
Nec cunctatus in medio ut erat campo cunctos, imposita uni-
uersis manu catecuminos fecit. Cum quidem ad nos conuersus diceret.
non inrationabiliter in campo catecuminos fieri, ubi solent martyres
consecrari. Vicisti inquit postumianus Galle uicisti. Non
utique me a martini sum potius assertor: & qui hec omnia de illo
uiro & sciui semper & credidi. Sed heremitas omnes anachoritasque
uicisti. Nemo enim illorum, sicut martinus hic uester, immo noster
mortibus imperauit. Meritoque hunc iste sulpicius apostolis comparat
& prophetis, quem per omnia illis esse consimilem. fidei uirtus. ac uir-
tutum opera testantur. Sed perge queso quamquam nihil magnificentius au-
dire possimus. Perge tamen Galle: quod et nunc de martino
superest sermonis euoluere. Nam et minima illius & quotidiana
animus festinat agnoscere: quia minima illius aliorum maximis ma-
iora esse nulli dubium est. Ita faciam Gallus inquit. Verum id quod
dicturus sum: ipse non uidi. Prius enim gesta res est quam me illi iu-
ro iungerer. Sed factum celebre est. fidelium fratrum qui interfuerat
sermone uulgatum.

Eodem fere tempore quo primum eps datus est, fuit ei necessitas adire comitatum. Valentinianus tunc maior rerum summa potiebatur. Is cum martinum ea petere cognouisset quae praestare nolebat iussit eum palatii foribus arceri. Et enim ad eius immitem ac superbum uxor accesserat arriana, quae totum illum a sancto uiro ne ei debitam reuerentiam praestaret auerterat. Itaque martinus ubi semel atque iterum superbum principem adire temptauit: recurrit ad nota praesidia. Cilicio obuoluitur: cinere conspergitur: cibo potuque abstinet. orationes diebus noctibusque perpetuat. Septimo uero die adstitit ei angelus, iubet eum ad palatium ire securum, regias fores quamlibet clausas sponte reserandas, imperatoris spiritum superbum molliendum. Igitur istiusmodi praesentis angeli confirmatus alloquio & fretus auxilio palatium petit. patent limina, nullus obsistit. postremo usque ad regem nemine prohibente peruenit. Qui cum uenientem eminus uideret, infrendens cur fuisset admissus, nequaquam assurgere est dignatus astanti donec regiam sellam ignis operiret. ipsumque regem ea parte corporis qua sedebat afflaret incendium. Ita solio suo superbus excutitur & martino inuitus assurgit multumque complexus quem spernere ante decreuerat. uirtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis martini precibus prius omnia praestitit quam rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio frequenter asciuit. postremo abeunti multa munera obtulit. Que uir beatus ut semper paupertatis suae custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, licet aduersis in palatio temporibus gesta connectam. Nequaquam enim praetereundum uidetur circa martini admiratione reginae fidelis exemplum.

Maximus imperator rem p. gubernabat uir omni uita merito praedicandus: si ei uel diadema non legiptime tumultuante milite impositum repudiare uel armis ciuilibus abstinere licuisset Sed magnum imperium nec sine periculo renui, nec sine armis potuit teneri. Hic martinum saepius euocatum receptumque intra palatium uenerabiliter honorabat. Totus illi cum eo sermo de praesentibus

de futuris / de fidelium gloria. de eternitate sanctorum. Cum interim
diebus ac noctibus de ore martini regina pendebat. euangelico
illo non inferior exemplo. pedes sancti fletu rigabat / crine tergebat. Ma-
rtinus quem nulla umquam femina contigisset / istius assiduitatem immo
potius seruitutem non potuit euadere. Non illa opes regni: non im-
perii dignitatem / non dyadema non purpuram cogitabat. diuelli
a martini pedibus solo strata non poterat. Postremo a uiro suo po-
poscit. Dein martinum uterque compellunt ut ei remotis omnibus
ministris preberet sola conuiuium. Nec potuit uir beatus obstinatius
reluctari. Componitur castus regine manibus apparatus. Sellulam
ipsa consternit / mensam admouet aquam manibus subministrat
cibum quem ipsa coxerat apponit. ipsa illo sedente eminus
secundum famulantium disciplinam solo fixa consistit immobilis.
per omnia ministrantis modestiam et humilitatem exhibens ser-
uientis. Miscuit ipsa bibituro et ipsa porrexit. Finita cenula
fragmenta panis assumpsit: micasque collegit: satis fideliter illas
reliquias imperialibus epulis anteponens. Beata mulier tante
pietatis affectu / illi merito comparanda que uenit a finibus
terre audire salomonem. Siquidem simpliciter sequamur hysto-
riam. Sed fides reginarum est conferenda, quod mihi liceat separata
misterii maiestate dixisse. Illa expetiit audire sapientiam
ista non tantum audisse contenta sed et meruit seruire sapienti.
Ad hec postumianus iam dudum inquit galle audiens te loquen-
tem uehementer admiror regine fidem. Sed illud ubi est. quod nul-
la umquam femina ferebatur propius astitisse martino? Ecce ista
regina non solum astitit: sed etiam ministrauit. Et uereor ne isto
aliquantulum se tueantur exemplo qui libenter feminis insinuantur. Tum
Gallus quin tu inquit non uides quod solent docere gramatici
locum tempus personam. Propone enim tibi ante oculos: captum
in palatio imperatoris precibus ambiri: regine fide cogi: temporis
necessitate constringi: ut clausos carcere liberaret. exiliis datos

restitueret. Hec quanti putas constare episcopo debuisse. ut probis omnibus
non aliquantulum de rigore propositi relaxaret? Verumtamen quia occa-
sione huius exempli male usuros esse aliquos arbitraris. illi vero felices
erunt. si a disciplina exempli istius viri non recedant. Videant enim
quod martino semel tantum in vita iam septuagenario non vidua libera.
non virgo lasciviens: sed sub viro vivens ipso viro pariter supplicante
regina servivit et ministravit hec edenti. Nam nec cum epulante
discubuit: nec ausa est participare convivio: sed deferebat obsequium
disce igitur disciplinam: serviat tibi matrona: non imperet: et serviat
non recumbat. Sicut martha illa ministravit domino: nec tamen est
ascita convivio immo prelata est ministranti: que verbum potius audiebat.
Sed in martino ista regina utrunque implevit et ministravit ut mar-
tha: et audivit ut maria. Quod si quis hoc uti voluerit exemplo.
per omnia teneat exemplum. Talis causa sit: talis quoque persona. tale obsequium: tale
convivium/ et in omni vita semel tantum. Preclare inquit postumianus
nos istos ut martini non egrediantur exemplum tua constringit
oratio. Sed profiteor tibi quod hec surdis auribus audientur. Nam si mar-
tini sequeremur vias: numquam causas de osculo diceremus/ et universi sinistre
opinionis et opprobrijs careremus. Verum sicut tu soles dicere cum
edacitatis arguereris galli sumus/ ita nos in hac parte numquam vel
martini exemplo vel tuis disputationibus corrigendi fatemur. Verum tamen
hec nobis iam dudum agentibus/ quid tu tam obstinate sulpici taces?
Ego inquam non solummodo taceo/ sed olim de istis tacere disposui. Nam
quia quandam viduam vagam nitidulam sumptuosam obiurgaverim
lascivius vectitantem/ itidem quia et virginem adolescentem cuidam
mihi caro indecentius adherentem/ cum quidem ipsam frequenter
audissem alios etiam qui talia agerent increpantem: tanta mihi
omnium feminarum/ cunctorumque monachorum odia concitavi/ ut ad-
versum me utreque legiones iurata bella susceperint. Unde quaeso
taceatis: ne et hoc quod vos loquimini ad meam referatur invidiam
Tota nobis istorum mentio relinquatur. ad martinum potius reve-
tamur. Tu galle ut aggressus es ceptum opus explica.

Tum ille iam quidem uobis inquit tanta narraui ut satisfacere studijs
uestris meus sermo debuerit. Sed quia uoluntati uestre non obsecundare mihi
non licet quantum adhuc dies superest loquar. Nam certe dum stramen illud
quod in lectos nostros parari aspicio: subuenit in memoriam et de stra
mine in quo martinus iacuerat factum esse uirtute. Res ita gesta est.
Claudiomacus uicus est in confinio biturici atque turonorum ecclesia
ibi est celebris religione sanctorum nec minus gloriosa sacrarum
uirginum multitudo. Preteriens ergo martinus: in secretario ecclesie
habuit mansionem. Post discessum illius cuncte in secretarium illud
uirgines irruerunt. Allambunt singula loca: ubi aut sederat
uir beatus aut steterat. stramentum et in quo iacuerat partiuntur.
Una earum post dies paucos partem straminis quam sibi pro ben
dictione collegerat energumino quem spiritus erroris agitabat de
ceruice suspendit. Nec mora dicto citius eiecto demone persona
purgata est.
Per idem fere tempus martino a treueris reuertenti fit obuiam
uacca quam demon agitabat. Que relicto grege suo in homines
ferebatur. et iam multos noxie petulca confoderat. Verum ubi
nobis cepit esse contigua hi qui eam eminus sequebantur predicere
nobis magna uoce ceperunt ut caueremus. Sed postquam ad nos tor
uis furibunda luminibus propius accessit. Martinus eleuata ob
uiam manu pecudem consistere iubet. Que mox ad uerbum illius
stare cepit immobilis. Cum interea uidet Martinus dorso illius
demonem supersedentem. Quem increpans discede inquit funeste
de pecude et innoxium animal agitare desiste. Paruit nequam spiritus et
recessit. Nec defuit sensus in bucula quin se intelligeret liberatam.
Ante pedes sancti uiri recepta quiete prosternitur. Dein iubente mar
tino gregem suum petit: seque agmini ceterarum oue placidior in
miscuit. Hoc illud fuit tempus. quo inter medias flammas positus
non sensit incendium. Quod mihi non arbitror esse referendum.
quia hoc plenius iste sulpicius licet in libro suo preteritum in epistola tamen
postea quam ad eusebium tunc presbiterum modo episcopum fecit expositum. Quam
tu postumiane aut credo legisti aut si incognita tibi est cum

libuerit inpromptu ex illo armario est. Nos ab illo obmissa referimus.
Quodam autem tempore cum dioceses circumiret uenantium agmini
incurrimus. Canes leporem sequebantur. Iamque multo spatio uicta
bestiola cum undique campis late patentibus nullum esset effugium
mortem iminentem iam iamque capienda crebris flexibus differebat.
Cuius periculum uir beatus pia mente miseratus imperat canibus ut de-
sisterent sequi, et sinerent abire fugientem. Qui continuo ad
primum sermonis imperium constiterunt. Crederes uinctos: imo potius
affixos, in suis herere uestigijs. Ita lepusculus persecutoribus alli-
gatis incolumis euasit. Operepretium autem est et familiaria illius
uerba spirituali sale condita memorare.
Quem recens tonsam conspexerat, euangelicum inquit mandatum
ista compleuit. Duas habuit tunicas unam earum largita est non
habenti. Ita ergo et uos facere debetis. Item cum subulcum al-
gentem ac pene nudum in pellicea ueste uidisset. En inquit adam
electus de paradyso in ueste pellicea sues pascit. Sed nos illo ue-
tere deposito qui adhuc in isto manet, nouum adam potius induamus.
Boues ex parte prata depauerant porci etiam non nulla suffoderant
pars cetera que manebat illesa diuersis floribus quasi picta uernabat.
Speciem inquit gerit pars illa coniugij: que pecore depasta, et non
penitus gratiam amisit herbarum, nullam tamen florum retinet
dignitatem: illa uero quam porci pecora immunda foderunt forni-
cationis imaginem feda pretendit. Ceterum illa portio que nullam
sensit iniuriam gloriam uirginitatis ostendit. herbis fecunda
luxuriat, et ultra omnem spem distincta floribus quasi gemmis
micantibus ornata radiat. Beata spes et deo digna. Nihil enim
uirginitati est comparandum. Ita et illi qui coniugia fornica-
tioni comparant uehementer errant, et illi qui coniugia uirgini-
tati equanda existimant nimis penitus et stulti sunt. Verum
hec a sapientibus tenenda distinctio est: ut coniugium pertineat ad ue-
niam: uirginitas spectet ad gloriam: fornicatio deputetur
ad penam: nisi satisfactione purgetur.
Miles quidam cingulum militie monachum professus abiecerat cellu-

lam q͡z sibi eminus in remoto quasi heremita instituerat exexerat. In
terea astutus inimicus uarijs cogitationibus brutum pectus agita
bat, ut coniugem suam quam martinus in mon° puellarum ee p̄cepat
uoluntate mutata secum potius uellet habitare. Adijt ergo marti
num fortis heremita. quid habet animi confitetur. Ille uero uehem
ter abnuere. feminam uiro rursus iam monacho nō marito incon
grua re misceri. Postremo cum miles staret affirmans nihil h°
proposito ee nociturum, se solo coniugis uti uelle solatio. Porro ne
rursus se in sua reuoluerent. non esse metuendum. Se ee mili
tem xpi, illam q° in eadem eiusdem militie sacramenta iurasse. pa
teretur eps sanctus: ⁊ sexum suū fidei merito nescientes pariṫ
militare. Tum martinus uerba uobis ipa dicturus sum, dic m̄
inqt si unq̄ in bello fuisti. si in acie constitisti. At ille respōdens
frequent inqt in acie steti. ⁊ in bello frequenter interfui. Ad hec
martinus dic mihi, ergo, nunquid in illa acie que armata
in p̄lio parabatur. aut iam aduersus hostilem exercitum collocata
to cominus pede districto ense pugnabas. ullam feminā stare:
aut pugnare uidisti. Tum demum miles confusus erubuit. grās
agens, errori suo se nō fuisse p̄missum, nec aspa inceptatione
uerborum ꝑ uera ⁊ rōnabili secundum ꝑsonam militis compa
ratione correptum. Martinus aūt conuersus ad nos: sicut eum
frequens fratrum turba uallauerat, mulier inqt uirorū castra nō
adeat, acies militū sepata consistat, procul femina in suo degens
tabernaculo sit remota. Contemptibilem enim reddit exercitum
si uirorum cohortibus turba feminea misceatur. Miles in acie,
miles pugnet in campo, mulier se intra murorum munimēta cō
tineat. Habet ⁊ illa gloriam suam, si pudicitiam uiro absente
seruauerit. cuius hec p̄ma uirtus ⁊ consumata uictoria ē, nō uideri.
Illud uero sulpici meminisse te credo quo affectu nobis cū ⁊ tu co
ram adesses illam uirginem p̄dicaret. que ita se penitus ab omnibus
uirorum oculis remouisset: ut ne ipm̄ quidem ad se martinū cū
eam ille offitij cā uisitare uellet admisit. Nam cū p̄p agellum

illius preteriret, in quo se iam ante complures annos perducta cohibe-
bat: audita fide eius atque uirtute: deuertit ut tam illustris meriti puel-
lam religioso officio episcopus honoraret. Nos consequentes gauisuram illam
uirginem putabamus. Siquidem hoc in testimonium uirtutis sue de-
habituram: ad quam tanti nominis sacerdos deposito propositi rigore
uenisset. Uerum illa fortissimi uincla propositi ne martini quidem con-
templatione laxauit. Ita uir beatus accepta per aliam feminam excu-
satione laudabili ab illius foribus que uidendam se salutandamque
non dederat letus abscessit. O uirginem gloriosam que ne a marti-
no quidem passa est se uideri. O martinum beatum qui illam repul-
sam non ad contumeliam suam duxit: sed magnificans illius cum
exultatione uirtutem inusitatum in his dumtaxat regionibus gau-
debat exemplum. Ergo cum haud longe ab illa uillula nos manere nox immi-
nens coegisset. Xenium beato uiro eadem illa uirgo transmisit. Fecitque
martinus quod ante non fecerat. Nullius enim ille umquam xenium
nullius munus accepit. Nihil ex his que uirgo uenerabilis miserat
recusauit. dicens benedictionem illius a sacerdote minime respuendam
que esset multis sacerdotibus preferenda. Audiant queso uirgines istud
NB exemplum: & fores suas si eos mali obsidere uoluerint etiam bonis clau-
dant. Et ne ad se improbis sit liber accessus non uereantur excludere
et sacerdotes. Totus hoc mundus exaudiat, uideri se a martino
uirgo non passa est: Non utique illa quecumque a se reppulit sacerdotem,
sed in eius uiri conspectu puella non uenit. quem uidere: salus
uidentium fuit. Quis autem hoc alius preter martinum sacerdos non ad
suam iniuriam retulisset. Quos aduersus istam uirginem motus
quantasque iras mente concepisset hereticam iudicasset atque anathe-
matizandam esse decreuisset. Quam non illi beate anime illas
uirgines pretulisset, que crebris occursionibus ubique se prebent ob-
uiam sacerdoti, que conuiuia sumptuosa disponunt: que una
pariter accumbunt. Sed quo me ducit oratio. Paululum iste libe-
rior sermo reprimendus est ne aliquorum forsitan incurrat offensam.
et enim infidelibus obiurgationis uerba non proderunt: fidelibus autem

satisfaciet exemplum. Verum ego ita virtutem huius virginis predicabo.
ut tamen nihil illis que ad martinum videndum ex longinquis regio
nibus sepe venerunt arbitrer derogandum: Siquidem hoc beatum
virum frequenter affectu et angeli frequentarint.
Ceterum id quod dicturus sum postumiane hoc te, me autem intue
batur teste refero phibeo. Quodam die ego et iste sulpicius pro fori
bus illius excubantes iam per aliquot horas cum silentio sedebamus,
ingenti horrore et tremore. ac si ante angeli tabernaculum manda
tas excubias duceremus. Cum quidem clauso cellule sue ostio nos
ibi esse nesciret, interim colloquentium murmur audivimus, et mox
horrore quodam circumfundimur. ac obstupentes. nec ignorare po
tuimus nescio quid fuisse divinum. Post duas fere horas ad nos mar
tinus egreditur. ac tum eum iste sulpicius. sicut apud eum nemo fa
miliarius loquebatur. cepit orare ut perquirentibus indicaret quid
illud divini fuisset horroris quod fatebamur nos ambo sensisse. vel
cum quibus fuisset in cellula collocutus. Tenuem enim nos licet et
vix intellectum sermocinantium sonum pro foribus audisse. Tum ille
diu multumque cunctatus: sed nihil erat quod ei sulpicius non extor
queret invito incredibiliora forte dicturus sum: sed Christo teste non
mentior: nisi quisquam est sacrilegus ut martinum extimet fuisse mentitum.
Dicam inquit vobis, sed vos queso nulli dicatis. Agnes. tecla: et ma
ria mecum fuerunt. Referebat autem nobis vultum atque habitum sin
gularum. Nec vero illo tantum die: sed frequenter se ab eis confessus est
visitari. Petrum et et paulum apostolos videri a se sepius non
negavit. Iam vero demones prout ad eum quisque venisset suis nominibus
increpabat. Mercurium maxime patiebatur infestum. Iovem
brutum atque hebetem esse dicebat. Hec plerisque et in eodem monasterio
constitutis incredibilia videbantur. Nedum ego confidam omnes
qui hec audient credituros. Nam nisi inextimabilem vitam atque vir
tutem martinus egisset. nequaquam apud nos tanta gloria preditus haberetur.
Et quamquam minime mirum si in operibus martini infirmitas humana du
bitaverit: cum multos hodieque videamus ne evangeliis quidem credidisse.

204

A martino autem sepe angelos uisos familiariter & sensimus & experti sumus. Rem minimam dicturus sum: si tamen dicam Apud nemausum epōrum synodus habebatur. ad quā quidē ire noluerat. sed quid gestum eēt scire cupiebat. Casu cum eo iste sulpici⁹ nauigabat: sed procul ut semp a cetis in remota nauis parte reside bat. Ibi ei angelus quid gestum eēt in synodo nuntiauit. Nos postea tempus habiti concilij sollicite requirentes satis comptum habuimus ipm diem fuisse conuentus: uel ea ibi a epis fuisse decreta que martino angelus nuntiauerat. Hec cum maxime gallus nec dum explicitis que statuerat referre loqueretur. puer familia ris ingressus est. nuntians refrigeriū presbiterū stare pro foribꝫ. Dubitare cepimus utrū gallum adhuc eēt melius audire, an exoptatissimo nobis uiro qui officij cā ad nos ueniebat occurrere. Tum Gallus etiam si nō ob aduentum sanctissimi sacerdotis rel in quenda nobis hec eēt oratio, nox ipa cogebat. huc usqꝫ protractū finire sermonem. Uerum qz de martini uirtutibꝫ nequaqꝫ expli cari uniuersa potuerunt. hec uos audisse sufficiat. Cras reliqua dicemus. Ita pariter accepta galli sponsione surreximus.

Uescit o. Galle surgendum ē: nam ut uides & postu mianus instat & hic pbiter qui externo auditorum amisit expectat. ut que de martino in hodiernuꝫ diem explicanda distuleras debitor sponsionis euoluas. Non ignar⁹ quidem iste omnium quecūqꝫ memoranda sunt. sed dulcis & grata cog tio est, etiam nota relegenti, siquidem nā ita cparatuꝫ sit, ut meliore quis conscientia se nosse congaudeat. que multorꝫ testimo nijs non esse incerta cognoscat. Nam & hic a prima adolescētia martinū secutus, nouit quidem omnia sed libenter cognita recog⁰ scit. Fatebor enim tibi galle. Martini mihi sepius auditas eē uir tutes, quippe qui de eo etiam lbris multa mandauerī: sed pro eiusdē admiratione semp mihi noua sunt que de illo licet audita.

sepius revolvuntur. Proinde additum nobis refrigerium auditorem eo impensius gratulamur quo promptius Postumianus iste qui hec orienti inferre festinat, quasi sub testibus consignata a te acceptura est veritatem. Hec me loquente, Gallo ad iam adnarrandum parato: irruit turba monachorum: Evagrius presbiter: Aper: Sebastianus: Agricola: et post paululum ingreditur presbiter vir Etherius cum Calupodione diacono, et Amatore subdiacono. Postremo Aurelius presbiter dulcissimus meus longiore via veniens anhelus occurrit. Quid vos inquam tam subito et tam insperate tam ex diversis regionibus tam mane concurritis. Nos inquiunt hesterno die cognovimus Gallum istum per totum diem Martini narrasse virtutes et reliqua in hodiernum diem quia nox oppresserat distulisse. Propterea maturavimus frequens auditorium facere: tantam materiam locuturo. Interea nuntiatur multos secularium stare pro foribus: nec ingredi audentes, sed ut admitterentur orantes. Tum Aper nequaquam inquit istos admisceri convenit, quia ad audiendum curiositate potius quam religione venerunt. Contristatus ergo illorum vice, quos non admittendos esse censebat, egre tamen obtinui: ut Eucherium ex vicario: et Celsum admitterent consularem. Ceteri sunt repulsi. Tum Gallum media in sede componimus. Qui cum diu nobili sua verecundia silentium tenuisset: ita exorsus est. Convenistis inquit ad me audiendum et sancti et diserti: sed religiosas potius quam doctas aures ut arbitror attulistis. Audituri me fide testis, non oratoris copia locuturum. Que autem hesterno dicta sunt non revolvam. Illa qui non audierunt exceptis recognoscent. Nova Postumianus expectat nuntiaturus orienti, ne se in comparatione Martini preferat occidenti: ac primum gestit animus quod refrigerius mentem suggerit explicare.

Res ita in Carnotena gesta est civitate. Pater filiam duodecennem ab utero mutam puellam Martino cepit offerre, poscens ut linguam ligatam meritis suis sanctus absolveret. Ille cedens episcopis qui tum forte latus illius ambiebant, Valentiniano atque Victricio, imparem se esse tante moli: sed illis qui sanctioribus nihil impossibile fatebatur. At illi

pias p̄ces una cum patre supplici uoce ingentes orare martinū ut
spata p̄staret. Nec cunctatus ultra utrunq; p̄clarum & ostendēdo
humilitatem, nec differendo pietatem, iubet circū stantis populi mul
titudinem summoueri ep̄is tantum & puelle patre assistentib;, in
oratione suo illo more prosternit̄. Dein pusillum olei cum exorcis
mi p̄fatione b̄ndicit atq; in os puelle sanctificatū liquorē cū
& linguam illius digitis teneret infudit. Nec fefellit sc̄m uirtutis
euentus. P̄ris nomen interrogat, mox illa respondet. Proclamat
p̄r cum gaudio pariter & lacrimis. Martini genua complexus &
hanc p̄mam se filie audisse uocem cunctis stupentib; fatebatur.
Acne cuiq; id incredibile forte uideatur p̄hibeat uobis p̄ns eua
grius testimoniū ueritatis. Nam res ip̄o p̄nte tum gesta est. Par
illud ē quod nup arpagio p̄sbitero referente cognoui: s; nō p̄ter
mittendum uidetur.

L uitiani comitis uxorem misisse martino oleū quod ad diuersas mō
borum causas necessarium sicut ē consuetudo b̄ndiceret. Ampul
lam uitream istiusmodi fuisse ut rotunda inuentre cresceret.
ore producto: s; oris extantis concauū nō repletū: quia id mōis
sit uascula complere ut pars umbonib; obstruendis libera re
linquatur. Testabatur p̄sbiter uidisse se oleū sub martini b̄ndicti
one creuisse quoad exundante copia supne deflueret, eandē q;
dum ad matrem familias uasculum referretur p̄curasse uirtute. Nā
int̄ manus pueri portantis ita semp exundasse oleū: ut omne illius
uestimentum copia supfusi liquoris operiret. Matronā ita usq; ad
summū labrum plenū uasculū recepisse, ut p̄sbr̄ hodieq; fate
atur obdendi pessuli que claudi diligentius p̄curanda p̄fuerit
in uitreo illo spatium non fuisse. Mirum ē illud quod adhuc
me aut intuebatur, memini contigisse. Vas uitreū cum oleo
quod martinus b̄ndixerat in fenestra paululū ēditiore depo
suit. Puer familiaris incautior linteū suppositū ampullam
ibi ēē ignarus attraxit: uas sup constratū marmore pauimētū
decidit. Cunctis metu exterritis ne b̄ndictio depiss̄. Ampullula

pinde incolumis e recepta ac si sup plumas mollissimas decidisset. Que res nō potius ad casum q̄ ad mārtini e referenda uirtutem cui' bn̄dictio depire nō potuit.

Quid illud quod factum e a quodam cui' nom q2 pn̄s e rpdise ne tuit supp̄metur. Cui quidem tempori hic etiam saturninus int fuit. Canis nobis importunius oblatrabat innomine inqt mārtini iubeo te obmutescere. Cani hesit latratus inguture: lingua ut abscisam putares obmutuit. Ita parū e ipm̄ martinū fecisse uirtutes credite mihi q2 et alij innomine eius multa ferecet.

Auitiani q dam comitis nouercatis barbaram nimis & ultra omnes cruentam feritatem. Hic rapido spū ingressus turonū ciuitatē sequentib3 eum miserabili facie ordinib3 catenatis diūsa pendis parari iubet genera penarū disponens postero die attonita ciuitate ad opus tam triste procedere. Quod ubi mārtino cpeū e solus paulo añ mediam noctem adp̄torum bestie illius tendit. Sz cū profunde noctis silentio quiescentib3 cunctis nulli forib3 obsecratis pateret ingressus ante limina cruenta prosternitur. Interea auitianus grauis somno sepultus angelo ingruente p̄ellitur. Sz uus inqt dei ad tua limina iacet. Et tu quiescis. Qua ille uoce p̄cepta lecto suo turbatus excutitur. Conuocatis q2 suis trepidus exclamat martinū ēē pro forib3. irent protinus claustra reserarent. ne dei suus pateretur iniuriam. Sz illi ut e omniū nā suorum uix p̄ma limina egressi irridentes dn̄z suū p somno fuiss illusus negant quequaz ēē pro forib3 ex suo met ingenio giectantes nec q noctē posse uigilare nedum illi crederent in illius noctis horrore iacē añ aliena limina sacerdotem. Id q2 auitiano facile psuasum rursum soluit in soporē. Sz mox ui maiore gcussus exclamat mārtinū stare pro forib3 sibi ideo nullā quietē añ corporis q2 p̄mitti. Tardantib3 suis ipē ad limina exteriora progreditur ubi martinū ut senserat dep̄hendit. Perculsus miser tali

manifestatione uirtutis, quid inqt mihi hoc dne fecisti? Nihil te loq
necēe est: scio quid desideres: uideo quid requiras. Discede quotius: ne
me ob iniuriam tuam celestis ira consumat. Satis soluerim huc usqz
penarum. Crede qz nō leuiter apud me actum ē, ut ipe procederez.
Post discessum aūt sancti: aduocat officiales suos: iubet oms custodi
as relaxari: & mox ipe proficiscitur. Ita fugato auitiano: letata ē
ciuitas & liberata. Hec cum multis auitiano referente comperta sit
tum nup refrigerius psbr quē coram uidetis: abagaricio fideli uiro
extribunis sub inuocatione diuine maiestatis audiuit qui sibi hoc
ab ipō auitiano relatum ēe iurabat. Ceterum nolo miremini me hodie
facere quod hesterno nō feci: ut ad singulas quasqz uirtutes noīa testiū
psonasqz subnectam: ad quas siqs fuerit incredulus qz adhuc incorpe
sunt recurrat. Exigit id infidelitas plurimorum q in aliqbz que hester
no memorata sunt nutare dīr. Incipiant ergo testēs adhuc incolo
mes, atqz uiuentes: qbus qz de fide mea dubitant magis credant. Sz
si adeo infideles sunt, profiteor qz nec illi sunt credituri. Miror aūt
quendam qui uel tenuem sensum religionis hāt tantū piaculi uelle
cōmittēe, ut putet quē qd de martino posse mentiri. Facessat aquoqz qui
sub deo uiuit ista suspitio. Neqz enim martinus hoc indiget ut menda
ciis asseratur. Sz tamen totius smonis fidem apud te xpē deponim
nos nec alia dixisse: nec alia dicturos: qz que aut ipi uidimus: aut
que manifestis auctoribus: uel plerumqz ipō referente cognouim.
Ceterum & si dialogi spēm quo ad leuandum fastidiū lectio uaria
retur assumpsimus. nos pie pstruere profitemur, hystorie ueritatē
Hec me extrinsecus inserere nonnullorū incredulitas: nec sine meo
dolore compulsit. s; redeat ad nrūz smo consessum. Inquo cuz
me tam studiose audiri uideam. fatebor necēe est. aprū fecisse
constanter. qui reppulit infideles eos tantū iudicās audire debē
q crederent. Efferor siquidem creditis spū. & p dolore totus in
sanio. Non credunt martini uirtutibz xani quas demones fate

bantur. Monasterium beati viri duobus a civitate erat milibus dispa-
ratum: sed si quotiens venturus ad ecclesiam pedem ex cellulae suae limine
extulerat: videres per totam ecclesiam energumenos rugientes, et quasi ad-
veniente iudice agmina damnanda trepidare. ut adventum episcopi clericis
qui venturum esse nescirent demoniorum gemitus indicaret. Vi-
di quendam appropiante martino in aera raptum manibus extensis in
sublime subspendi. ut nequaquam solum pedibus attingeret. Siquando
autem exorcizandorum demonum martinus operam recepisset. nemine
manibus attrectabat. neminem sermonibus increpabat. sicut plerunque
per clericos rotatur turbo verborum. Sed admotis energumenis: ceteros iu-
bebat abscedere. ac foribus obseratis in medio ecclesiae cilicio circumtectus
cinere respersus solo stratus orabat. Tum vero cerneres miseros diverso
exitu purgari. Hos sublatis in sublime pedibus quasi de nube pendere.
nec tamen vestes defluere super faciem. ne faceret verecundiam nu-
data pars corporum. At in parte alia videres sine interrogatione
vexatos et sua crimina confitentes. Nomina et nullo interrogante
prodebant. ille se iovem, iste mercurium fatebatur. Postremo cunctos
diaboli ministros cum ipso cerneres auctore cruciari: ut iam in mar-
tino illud fateamur impletum quod scriptum est quia sancti de angelis iu-
dicabunt.

Pagum quendam in senonico annis singulis grando vastabat. Com-
pulsi extremis malis incolae a martino auxilium poposcerunt. missa
per auspicium praefectorium virum satis fida legatione. cuius agros spetialiter
gravior quam ceterorum assueverat procella populari. Sed facta ibi
oratione martinus. ita universam penitus liberavit ab imminenti peste
regionem, ut per viginti annos quibus postea mansit in corpore grandi-
nem in illis locis nemo pertulerit.

Quod ne fortuitum esse et non potius martino concessum putaretur. eo
anno quo ille defunctus est rursum incubuit rediviva tempestas.
Adeo sensit et mundus viri fidelis excessum. ut cuius vita iure gau-
debat, eiusdem morte lugeret. Ceterum si adhuc probanda quae
diximus testes et infirmior auditor exiget. non unum ego hominem sed
milia multa producam, et totam in testimonium virtutis exposite se-

nomini aduocabo regionem. Et tamen tu refrigeri presbiter credo me-
ministi nuper nobis super hoc cum romulo auspitij illius filio honora-
to et religioso uiro fuisse sermonem, qui hec nobis tanquam incompta
referebat, et cum futuris prouentibus passiduo damna trepidaret
ut ipse uidisti magno secum merore lugebat. Martinum non in hec tem-
pora reseruatum.

Sed ut ad auitianum recurram, qui cum in omnibus locis cunctisque ur-
bibus ederet crudelitatis sue infanda monumenta, turonis tantum
innocens erat. Et illa bestia que humano sanguine et infelicium
mortibus alebatur, mitem se atque tranquillum beato uiro presente prestabat.
Memini quodam die ad eum uenisse martinum. Qui ubi secre-
tarium eius ingressus est, uidet post tergum ipsius demonem mire ma-
gnitudinis assidentem. Quem eminus ut uerbo quo ita necesse est parum
latino loquamur exsufflans, auitianus se exsufflari existimans
quid me inquit sancte sic aspicis. Tum martinus. Non te inquit sed eum
qui ceruici tue teter incubuit. Ita recessit diabolus et reliquit fami-
liare subsellium. Satisque constat ab illo die auitianum mitiorem fuisse
seu quod intellexerit egisse se semper assidentis sibi diaboli uoluntatem
seu quod inmundus spiritus ab illius consessu per martinum fugatus, priuatus est
potestate crassandi. cum erubesceret minister auctorem nec minister
auctor urgeret.

In uico autem ambiacensi id est castello ueteri, quod nunc frequens habi-
tatur a fratribus, ydolum nouerat is grandi opere constructum. Politissi-
mis saxis moles turrita surrexerat, que in collecte summitatis thro-
num sublimem procedens superstitionem loci operis dignitate seruabat.
Huius destructionem marcello ibidem consistenti presbitero uir beatus
sepe mandauerat. Post aliquantum tempus regressus increpabat presbi-
terum cur adhuc ydoli structura consisteret. Ille causatus uix
militari manu et ui publice multitudinis tantam molem posse sub-
uerti, nedum id facile putaret per imbecillos clericos aut infir-
mos monachos quiuisse curari. Tum martinus recurrens ad nota
subsidia noctem totam in oratione peruigilat. Mane orta tempestas
edem ydoli usque ad fundamentum prouoluit. Verum hec marcello teste
dicta sunt.

Aliam eius nõ dissimilem in simili ope uirtutez refrigerio astipu
lante phibebo. Columnam immẽse molis cui ydolum superstabat pa
rabat euertere. sꝫ nulla erat facultas qua id daret effectum. Tuz
ad orõem suo more cõuertit. Visum cunctis ẽ parilem quodãmõ
columnam ruere de celo: que impacta ydolo, totam illam inexpu
gnabilem molem soluit in puluerem. Parum scilꝫ si inuisibilr celi
uirtutibus uteretur. nisi ipe uirtutes uisibiliter ꝑuice martino huma
nis etiam oculis cõnerentur.

Idem aut refrigerius mihi testis ẽ mulierem profluuio sanguĩs la
borantez cum martini uestem exº mulieris illius euangelice ꝯtigisset
submomento temporis fuisse sanatam.

Serpens flumen secabat, et ripe in qua cõstiteramus adnatabat. In noĩe
inquit dñi iubeo te redire. Mox se mala bestia ad ũbũ sci retor
sit, et in ulteriorem ripam nobis expectantibus transmeauit. Quod
cum omnes nõ sine miraculo cõneremus altius ingemiscens ait.
Serpentes me audiunt et homines nõ audiunt.

Piscem pasche diebus edere cõsuetus, paulo añ horam refectiõis
interogat an haberetur in promptu. Tum cato diaconus ad quẽ
monij administratio ptinebat. doctus ipe piscari, negat ptotum
diem sibi ullam cessisse capturã, sꝫ nec alios piscatores quende
solebant quicq agere quiuisse. Vade inqt mitte linũ tuũ cap
tura pueniet. Contigua flumini ut sulpitius iste descripsit habe
bamus habitacula, processimus cuncti ut pote feriatis diebus uidẽ
piscantem omniũ spebus intentis nõ incassum futura temptamina
quibus piscis martino auctore. Martini usibus quereret. Ad primũ
iactum ireti pmodico immanez esocem diaconus extraxit. et
ad monꝰ letus accurrens. nimirũ ut dixit poeta nescio qs ueteꝝ
nescit scolastico qr int scolasticos fabulam. Captiuũ qꝫ sue mira
tibus intulit aregis. Vere xpi iste discipulus, gesta ꝗ a saluatore uir
tutũ quas inexemplum scis suis edidit emulatus, xpm qui in se mõ
strabat opantez q scm suum usq quaqꝫ glorificans diuersaꝝ muña
graꝝ in unum hominẽ cõferebat.

Testabatur arborius ex prefecto vidisse se martini manum sacrificium
offerentis, vestitam quodammodo nobilissimis gemmis, luce micare
purpurea, et ad motum dextere collisarum inter se fragorem audisse
gemmarum.

Veniam ad illud quod ille propter temporum notam semper occultavit. sed nos ce
lare non potuit. in quo illud est miraculi, quod facie ad faciem cum eo est
angelus collocutus. Maximus imperator alias sane bonus depra
vatus consiliis sacerdotum post priscilliani necem ithacium episcopum priscil
liani accusatorem, ceterosque illius socios, quos nominari non est necesse
vi regia tuebatur. neque ei crimini daret operam illius cuiuscumque modi
hominem fuisse damnatum. Interea martinus multis gravibusque
laborantium causis ad comitatum ire compulsus, procellam ipsam totius
tempestatis incurrit. Congregati apud treveros episcopi tenebantur qui cotidie
communicantes ithacio communem sibi causam fecerant. His ubi nun
tiatum est inopinantibus adesse martinum, totis animis labefacti mussitare
et trepidare ceperunt. Et iam pridie imperator ex eorum sententia decreverat
tribunos summa potestate armatos ad hyspanias mittere, qui hereticos
inquirerent. deprehensis vitam et bona adimerent. Nec dubium erat
quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista depopula
tura esset parvo discrimine inter hominum genera. Etenim tum solis ocu
lis iudicabatur cum quis pallore potius aut veste quam fide hereticus
extimaretur. Hec nequaquam placitura martino episcopi sentiebant. Sed
male consciis illa vel molestissima erat cura, ne se ab eorum commu
nione adveniens abstineret. non defuturis qui tanti viri constantiam
premissa auctoritate sequerentur. Ineunt cum imperatore consilium
ut missis obviam magistri offitialibus urbem illam propius vetaretur
accedere. nisi se cum pace episcoporum ibi consistentium affore fateretur.
Quos ille callide est frustratus. profitetur se cum pace Christi esse ve
turum. Postremo ingressus nocturno tempore adiit ecclesiam tantum orationis
gratia. Postridie palatium petit. Preter multas quas evolvere longum est.
has principaliter petitiones habebat. Pro narsete comite & leuca
dio preside qui ambo gratiani partium fuerant pertinacioribus

studijs, que non ē temporis explicare. iram uictoris emeriti. Illa ꝑci
pua cura. ne tribuni cum iure gladiorum ad hyspanias mitterentur.
Pia enim erat sollicitudo martino, ut nō solum xpianos q sub illa
erant occasione uexandi, ſ; ipsos etiam hereticos liberaret. Verum
prima die atq; altera suspendit hominē callidus imperator, siue ut rei
pondus imponeret, siue q̄ nimis sibi implacabilis erat. seu q̄ ut ple
riq; tum arbitrabantur auaritia repugnabat. Siquidem in bona eorum
inhiauerat. Fertur enim ille uir multis bonisq; actibus preditus. aduersus
auaritiam parum consuluisse. Nisi regni necessitas, quippe ex
hausto superioribus principibus rei p. erario. pene semp in expeditione
atq; procinctu bellorum ciuilium constitutus. facile excusabitur. quolibet
occasionibus subsidia imperio parauisse. Interea epi ad quorum commu
nione Martinus nō ibat trepidi ad regem concurrerunt. ꝑdamna
tos se conquerentes actum ēē de suo omnium statu, si theognisti per
tinaciam qui eos solus palam lata sententia condemnauerat. Mar
tini armaret auctoritas nō oportuisse hominē recipi membris illu
iam nō defensorem hereticorum ēē ſ; uindicē. Nihil actum morte
priscilliani si martinus exerceat illius ultionē. Postremo prostrati
cum fletu & lamentatione potestatem regiam implorant. ut utatur ad
uersus unum hominē ui sua. Nec multum aberat quin cogeretur impa
tor martinū cum hereticorum sorte misceri. Sz ille licet epis
nimio fauore ēēt obnoxius, nō erat nescius Martinū fide. sancti
te ac uirtute cunctis prestare mortalibus. Alia longe uia sanctū uincere
parat: ac primo secreto accersitum blande appellat. hereticos iure
damnatos more iudiciorum publicorum potius q̄ insectationibus sacer
dotum. nō ēē causam qua ithachij, ceterorum q; partis eius communionem pu
taret ēē damnandam. theognistum odio potius q̄ causa fecisse discidium.
Eundemq; tamen solum ēē q se a communione interim separit a reliquis
nihil nouatum, quin et ante paucos dies habita synodus ithachium pro
nuntiauerat culpa nō teneri. Quibus cum Martinus parum moueretur,

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

rex ira accenditur. ac ſe de conſpectu eius abripuit. & mox percuſſores
his pro quibus martinus rogauerat diriguntur. Quod ubi martino co
ptum iam noctis tempore ē palatium irrupit / ſpondet ſi parceretur
ſe communicaturum: dummodo ut & tribuni iam in excidium ecclesiarum
ad hiſpanias miſſi retraherentur. Nec mora interceſſit: maximus indul
get omnia. Poſtridie felicis epi ordinatio parabatur. ſanctiſſimi ſane
uiri & plane digni. qui meliori tpe ſacerdos fieret. Huius diei communi
onem martinus iniit / ſatius extimans ad horam cedendum quam his non conſulere.
quorum ceruicibus gladius iminebat. Verumtamen ſumma ui epis nitentibus
ut communionem illam ſubſcriptione firmaret: extorqueri non potuit.
Poſtero die ſe inde proripiens cum reuertens in uiam meſtus ingemi
ſceret / ſe uel ad horam noxie communioni fuiſſe permixtum. haud longe
a uico cui nomen eſt andetanna. que uaſta ſolitudine ſiluarum ſecreta pa
tiuntur. progreſſis paululum comitibus ille ſubſedit. cum doloris & facti ac
cuſante ac defendente inuicem cogitatione peruoluens. Aſtitit ei repente
angelus. Merito inquit martine compungeris. ſed aliter exire nequiſti.
Repara uirtutem / reſume conſtantiam / nec iam non periculum glorie
ſed ſalutis incurreris. Itaque ab illo tempore ſatis cauit. cum illa itha
chiane partis communione miſceri. Ceterum cum quoſdam ex energuminis
tardius quam ſolebat / & gratia minore curaret / ſubinde nobis cum lacrimis
fatebatur. ſe propter communionis illius malum cui ſe uel puncto temporis
neceſſitate non ſpiritu miſcuiſſet detrimentum ſentire uirtutis. Sedecim
poſtea uix annos / nullam ſynodum adiit / ab omnibus epiſcoporum conuen
tibus ſe remouit.

S ed plane ut experti ſumus imminutam ad tempus gratiam multiplici
mercede reparauit: Vidi poſtea ad pſeudo forum monaſterii ipſius
adductum energuminum. priuſquam limen attingeret fuiſſe ſanatum.

T eſtantem quendam nuper audiui cum in tyrreno mari curſu illo quo
romam tenditur nauigaret. ſubito turbinibus exortis extremum
uite omnium fuiſſe diſcrimen. In quo cum quidam egiptius negotiator
nec dum chriſtianus magna uoce clamauerit: deus martini eripe nos / mox

tempestatem fuisse sedatam, sed optatum cursum cum summa placidi equoris quiete tenuisse.

Lycontius ex vicariis vir fidelis cum familiam illius vexaret et inauditę calamitatis ex plurimam domum corpora egra procumberent, Martini per litteras imploravit auxilium: quo tempore vir beatus se esse pro misit difficilem impetrari. Nam spiritu sentiebat domum illam divino numine verberari. Tamen non prius destitit: septem totos dies totidemque noctes orando et ieiunando continuans, quam totum quod exorandum receperat impetraret. Mox ad eum Lycontius divina expertus beneficia pervolavit, nuntians simul et agens gratiam domum suam omni periculo liberatam. Centum etiam argenti libras obtulit. Quas vir beatus nec respuit nec accepit, sed priusquam pondus illud limen monasterii attingeret, redimendis id captivis continuo deputavit. Et cum ei suggereretur a fratribus, ut aliquid ex eo in sumptum monasterii reservaret: omnibus in angustum esse victum: multis deesse vestitum. Nos inquit ecclesia et pascat et vestiat, dummodo nihil nostris usibus quesisse videamur.

Succurrunt hoc loco illius viri magna miracula, que facilius admirari possumus quam referre. Agnoscitis profecto quod dico. Multa sunt illius que non queunt explicari, velut istud est, quod nescio an ita ut gestum est a nobis possit exponi. Quidam e fratribus, nomen non ignoratis, sed celanda persona est, ne sancto viro verecundiam fecerimus. Quidam ergo cum ad fornaculam illius carbonum copiam repperisset, et admota sibi sellula divaricatis pedibus super ignem illum nudato inguine resideret, continuo Martinus factum sacro tegmini sensit iniuriam, magna voce proclamans: Quis inquit nudato inguine nostrum incestat habitaculum? Hoc ubi ille frater audivit, et ex conscientia quod increpabatur agnovit, continuo ad nos cucurrit exanimis, pudorem suum non sine Martini virtute confessus.

Quodam itidem die dum in area que parva admodum tabernaculum illius ambiebat, in illo suo quod nostis omnes sedili ligneo resedisset, vidit duos demones in excelsa illa que monasterio supereminet rupe consistere, inde alacres ac letos vocem istiusmodi adhortationis emittere. Heia tebe

cio: heia te briccio: Credo cerneba͞nt missum enim propinquatez
conscij quantum illi rabiem sp̄s suscitassent. Nec mora briccio fervidus
dus irrupit, ubi plenus insania evomuit in martinum mille convitia.
Obiurgatus enim pridie ab eo fuerat. cur qui nihil unq̄ an͞ clericatum quippe
qui in monasterio ab ipso martino nutritus habuisset: equos aleret: mancipia
compararet. Nam illo tpr̄e arguebatur a multis, q non solum pueros, sed et
puellas scitis vultibus coemisset. Quibus rebus infelicissimus insano
felle commotus, & ut credo p̄cipue demonum illorum agitatus instinctu:
martinum ita aggressus est, ut vix manibus temperaret. Cum quidem iste
vultu placido, mente tranquilla: infelicis amentiam placitis verbis
cohiberet. Sed ita in eo neq̄ sp̄s redundabat, ut ne sua quidem illi q
vis vana admodum mens subesset, tremens labijs mutatoque vultu
decolor p furore, votabat verba peccati, se asserens sanctiorem, quippe qui
p̄mis annis in monasterio inter sacras ecclesie disciplinas ipso martino educante
crevisset. Martinum vero & a principio q ipse diffiteri non posset militiis
actibus sorduisse: & nunc p inanes supstitiones & fantasmata visi
onum, ridicula prorsus inter deliramenta senuisse. Hec cum multa
atque alia et que reticere melius est acerbiora vomuisset: egressus tande
furore satiato quasi qui se penitus vindicasset, rapidus ea parte qua
venerat remeabat. Cum interea credo p martini orationes fugatis
ab illius corde demonibus reductus in penitentiam, mox revertitur: atque
ad martini se genua prosternit. veniam poscens. fatetur errorem
nec sine demone se fuisse: tandem sanior confitetur. Non erat apud
Martinum labor iste difficilis ut ignosceret supplicanti. Tunc & tibi &
nobis omnibus sanctus exposuit. qualiter illum a demonibus vidisset agi
tari. sed convitijs non moveri. que magis illi a quo erant effusa no
cuissent. Exinde cum idem briccio multis apud eum magnisque
criminibus p sepe p̄meretur. cogi non potuit ut eum a presbiterio submoveret
ne suam p sequi videretur iniuriam, illud sepe commemorans. Si xp̄s
iudam passus est cur ego non patiar briccionem, Ad hec postumianus
Audiat inquit istud exemplum vir iste de proximo q cum sit sapiens, im
memor preteritorum, inmemor futurorum, si fuerit offensus insanit. insua

sed non habens potestatem: seuit in clericos / crassatur in laicos / totumque terrarum orbem
in suam commouet ultionem. In qua pertinacia fugit dimicatione consistens
nec tempore nec ratione sedatur. Dolenda hominis et miseranda conditio / et
si hac sola insanabilis mali peste pmeretur. Uerum ista ei patientie
et tranquillitatis exempla referre sepius galle debueras: ut sciret
irasci / et sciret ignoscere. Qui si ipse istum breuiter inst[ru]ctum sermonem
meum inse prolatum forte cognouerit / sciat magis non ore inimici
quam amici ad me locutum: Quia si fieri possit optarem ut martino po
tius episcopo quam falari tyranno similis diceretur. Sed istum cuius commemo
ratio parum suauis est transeamus et ad martinum nostrum galle re
deamus. Tum ego cum adesse uesperum occiduo sole sentirem: dies
inquam abiit postumiane / surgendum est / simul tam studiosis auditoribus
cena debetur.

De Martino autem expectare non debes ut ulla sit meta referendi
latius ille diffunditur / quam ut ullo ualeat sermone concludi. Ista in
terim de illo uiro portabis orienti. Sed dum reuerteris diuersas regiones
loca / portus / insulas. urbesque preterlegis / Martini nomen et gloriam
sparge per populos. Inprimis memento non preterire campaniam et
si maxime cursus in deuio sit / non tamen tibi tanti sint / uel magnarum
mo rarum ulla dispendia / quin illic adeas illustrem uirum ac toto
laudatum orbe paulinum. Illi queso te primum sermonis mei / quod uel exte
rno confecimus / uel hodie diximus uolumen euolue. Illi omnia re
feres / illi cuncta recitabis. ut mox per illum sacri uiri laudes roma co
gnoscat / sicut primum illum nostrum libellum / non per italiam tantum sed per totam
etiam diffudit illiricum. Ille martini non inuidus gloriarum / sanctarumque
in xpo uirtutum piissimus extimator / non abnuet patronum nostrum cum
suo felice componere. Inde si forte ad africam transfretabis refe
res audita cartagini. licet etiam per dem ut ipse dixisti uirum nouit
tamen nunc precipue plura de eo cognoscat. ne solum ibi cyprianum mar
tirem suum / quamuis sacro illius sanguine consecrata miretur. Iam si ad
leuam achaie sinum paululum deuexus intraueris: sciat chorinthus:

sciant athene non sapientiorem in achademia platonem, nec socratem in carcere fortiorem. Felicem quidem greciam, que meruit audire apostolum predicantem. sed nequaquam a christo gallias derelictas, quibus donaverit habere martinum.

Cum vero ad egyptum usque perveneris, quamquam illa suorum sanctorum numero et virtutibus sit superba, tamen non dedignetur audire, quod illi vel universe asie in solo martino europa non cessit.

Ceterum cum ierosolimam inde petiturus ventis cursum vela commiseris, negotium tibi nostri doloris iniungo, ut si umquam illustris illius ptholomaidis litus accesseris sollicitus inquiras ubi sit consepultus ille noster pomponius, ne fastidias visitare ossa peregrina. Multas illic lacrimas tam ex affectu tuo quam ex nostris funde visceribus. Ac licet inani munere, solum ipsum flore purpureo et suave redolentibus sparge graminibus. Dices tamen illi sed non aspere nec acerbe, compatientis alloquio non exprobrantis eloquio, quod si vel te quondam, vel me semper audire voluisset, et martinum magis quam illum quem nominare nolo fuisset imitatus, numquam a me tam crudeliter disparatus ignoti pulveris regione tegeretur, naufragi sorte predonis passus in medio mari mortem: et vix in extremo nactus litore sepulturam. Videant hoc opus suum, qui eius ex illo abscessu mihi nocere voluerunt. Videant gloriam suam et vel nunc adversum me crassari desinant vindicati. Hec cum maxime flebili voce gemeremus, omnium lacrimis provocata lamenta commotis cum magna quidem martini admiratione, sed non minore ex nostris fletibus dolore discessum est.

Sulpitius aquitanice provincie vir genere et litteratura nobilis, et paupertatis atque humilitatis amore conspicuus: carus et sanctorum virorum Martini turonensis, et paulini nolensis, scripsit non contemnenda opuscula. Nam epistolas ad amorem dei et contemptum mundi hortatorias scripsit sorori sue multas, que note sunt. Scripsit et ad

predictum paulinum duas, et ad alios alias: sed quia in aliquibus et fami-
liaris necessitas inserta est non digeruntur. Composuit et chroni-
cam. Scripsit et ad multorum profectum vitam beati martini episcopi:
signis et prodigiis ac virtutibus illustrissimi viri, et collationem po-
stumiani et galli, se mediante et iudice. de conversatione mona-
chorum orientalium et ipsius martini habitam. in dyalogi speciem. in
duabus concisionibus comprehendit. In quarum priore refert suo tempore
apud alexandriam synodo episcoporum decretum, origenem et caute
a sapientibus pro bonis legendum, et a minus capientibus pro malis
refutandum. Hic in senectute sua a pelagianis deceptus et agno-
scens loquacitatis culpam silentium usque ad mortem tenuit, ut pec-
catum suum quod loquendo contraxerat tacendo penitus emendaret.

Anno incarnati verbi Millesimo. L.V. dum proficisceretur romam o-
dalricus sancte Remensis ecclesie prepositus et canonicus detulit sen-
tentiam horum prescriptorum quatuor librorum secum: Dedit quoque sancto
Martino ecclesie turonensis, auro argento et sculpto ebore decentis-
sime coopertum. In quo videlicet ebore: hi versus habentur.

Mucro secat clamidem: martinus vestit egentem.
Indutum clamidem se xpistus monstrat eandem.
Poscit odalricus pro munere codicis huius
Martini precibus sanctis conscribier unus. Finis.

220.

Fr. Ambrosius sancte ca. heremi prior Gen.lis fri mco d. Mariano
1 s. in dno et sincere caritatis affectum. Tres paucis diebus inter
iectis accepimus litteras tuas eadem ferme continentes, nisi quod poste
rioribus sollicitudo nobis aucta est de desperato morbo filii nostri mi
chaelis; deus illius misereatur, et si utile previdet illum nobis
reservare dignetur, sin autem fiat sanctissima voluntas sua: non
enim scimus interdum quid petamus, quamvis hoc plane noverim
omnia in salutem nostram a summa illa providentia et pietate permit
ti, atque ideo grato semper animo iudicia illius debere complecti
2 quod in servis suis summe est gratitudinis signum. Que ne scribis
de patribus meis heremitis displicent plurimum quia numquam illis
a nobis data est vel levis querimonie occasio, ymmo illos fovimus
semper ac si viscera nostra, caritatis quoque ulnis amplexati sumus. parcat
eis deus, neque imputet quod innocentem immo indulgentissi
mum patrem falso calumniis impetere non dubitarunt. nostra
lenitate nimia abutuntur. qui ea crimina in nos intorquent
que fuerunt a nobis semper remotissima. Licet enim sceleribus
multis variis obstricti simus, avaritie tamen vel cupiditati ne-
quaquam colla umquam subiecimus, idque congerende pecunie studium
et vituperavimus semper et detestati sumus. Si hoc illi facere non
dubitarunt presente ponti fice summo nobis propitio et nostre in
nocentie conscio, quid facturos putemus, si vel absens esset pon-
tifex tantus vel nos non ita diligeret. compatimur certe nimie
imprudentie, et iniquo conatu subirascimur. Gratissima
vero fuit summi pastoris providentia quod illuc venerabilem fratrem
nostrum d. placidum misit, qui illos ad quietem hortaretur
melioreque iam animo sancte sedis apostolice suique sanctitatis negotia
prosequemur, nequaquam fore desperantes ut per ulterius nostrum ministe
3 rium res bene componantur. Que ut de possessione vendenda
nectio scribis: et demittendo mandato pro publica manu. placet m:

ſ; inſtrumentum id mittere erit ꝑdifficile / noſti quippe notarium h⁹
modi opõtere ẽẽ florentinũ / alioquin que fierent illic robur minime
hitura, et an aliquiſ hic ſit ſatis dubito / ſi erit faciam que hortaris
ſin aũt manu mea id faciam & mittam. Mariotum nr̃um hortari 4
non deſinas ut ceptis inſiſtat / ꝑque laus dei religionis nr̃e gloria
queritur. maxime qm̃ pontifex fouendum ſuſcepit negotium nr̃um /
lr̃as ad illum ſcribo his adiunctas / quas illi reddendas ut cures uolo
Auguſtinus nr̃ et ceteri ualent optime / magnumq; ex eius contubernio 5
ſolatium capimus / ꝑuenimus huc nil fracti / ſ; ita integri ac ſi diem
unum equitauiſſemus, ita nos omnes protegente deo / quamuis itinera
plana ſatis offendimus / et magnas regiones / neceſſaria q; uictui / ſ; alie
no ritu q; apparatu habunde tamen / qm̃ uero ingreſſi ſumus ciuitatem
pulcherrimam et ꝑmagnificam tanta pompa deducti ſumus ut nullus
unq̃ ex quo cepit concilium maiori ingreſſus uel pari memoretur.
exierunt obuiam nobis mille ferme & quingentis paſſibus adeo ut ad
quingentos ferme equites ꝑtingerent / nullus prelatus reſtitit qui occurre
ret. ſ; et ſi qui occupatiſſimi erant miſerunt ex familia honoratiores
q ſe excuſarent / & officio affectuq; ſuo deducerent / legati regum et prin
cipum etiam magno cum apparatu ad ſancte ſedis aplice honorẽ exiere
obuiam / deductiq; medii magno cum ~~honore~~ decore urbem regiam
ingreſſi ſumus. confluxere plurimi poſtmodum ad nos inuiſendos affectu
ſingulari / paucis diebus quieti ꝑmiſſis orauimus publice intenteq;
auditi ſumus / negotia nobis iniuncta exequi ſtudemus / et confidimus
inſpiratione dei bonum et optatum finem eliciendum. Volumus ut ad
eas venerabiles fres meos priorem angelorum et ſancti benedicti / eiſq; in
iungas ex parte nr̃a, ut oro ꝑpetua fiat pro nobis dum hic ſumus quia
re uera negotia grauia et multum neceſſaria tractamus. et nõ omnia poſſu
les, ut adeo cui famulantur impetrent nobis munditiam cordis et ſpm̃
rectum ut peragere felicius que ſunt inſtituta ualeamus: tu aũt fili carme 6
et nobis unice dilecte fac te eum exhibeas quem cupimus / atq; ita [illegible]

tibi a nobis munus exerceas ut cum laude dei et consolatione nostra religionisque decore fiant omnia et cum revertemur gratulari iudicio nostro dete simusque possimus, iuveniles coherceantur impetus, caterique desideria frangantur, memento semper quod dete cupiamus quod velimus, et absterso proterite negligentie pulvere cura ut que polliceris exequaris et iam super hominem esse consuesce. placet quod dominum merum cerinen crebro te visitare ais et d. pl. fratres quoque nostros angelorum et sancti benedicti videm, aut id facias te multum hortamur et monemus, nicholao nostro scribemus proxime. Vale in domino fili carissime, et nos tam d. cerinen quam d. placido et ceteris amicis nostris fac commendatos. Basilee iij. kl. sept.

1 F. Ambrosius. Ven. fratri. fratri Iohanni de sancto miniate s. Mirando defecimus quod tam diu preter votum spem et expectationem nostram tuas litteras desideramus. Nam cum id semper a te et coram et per litteras postulaverimus ut omnia frequentissime cuncta ad nos perscriberes que ibi gererentur cum nos omnia subtilissime scire cupere non ambigas, inducere in animum non possumus cur ita obstinate tacere decreveris. Versantur in animo plures vage atque falsi ut imagines res eo minime sedere atque contra vota nostra: contraque quis vis succedere, atque ideirco te ab officio scribendi languescere. Quod si ita est cur vel id nobis non significas? cur non venis discedis? si tua illic mansio supflua videtur nec necessaria? Et enim utilitas eius loci commodis consuleres te isthuc direximus cum nostro ut scis haud parvo vel negligendo detrimento. Sunt etiam pleraque negotia nostri monasterii que cepta per presentiam tuam requirant quale est illud cum rondinellis et alia non nulla. Itaque si vides moram isthic tuam fore ~~magis~~ minus utilem, consule magis utilitati primum tue ac nostri monasterii ac deinceps consolationi tue fratrum quoque tuorum: quibus ista mora tua tam diuturna gravissima pro desiderio tui ad tolerandum videtur. Anselmus huc noviter advenit nescio cuius

2 hoc illi licentia sive auctoritas permisit. Quod si preter voluntatem

illorum patrum visitatorum id actum est, nescio cur non sit punienda
tanta temeritas, si vero de illorum consensu nescio quid suspicer. Facias
ut omnia plenissime noverimus. Cardinalis de brancaciis negotia 3
nostra se velle expedire significat, iamque citari suis litteris anselmum iussit.
qui si repertus fuerit dabitur in manibus illius. sin vero delituerit, nam
non valde publice ambulat affigetur postibus ecclesie sancte marie novelle.
Diu multum quod illi et per nos et per medios interposita etiam summi pont. au-
ctoritate institimus ut expediret nos, atque liberaret hac molestia. Verum
nullo ita fere exoratus est, ut diligentia doctorum. Id enim negotium nostrum
apud rotam tractatum est, atque ibi a plurimis ac sapientissimis viris
consultis obiectionibus anselmi ita responsum est ut nihil ambiguita-
tis illi relictum videatur, et quantum excitationis illius verbis apparet
rem facile ac fauste conficiet. Hec pro consolatione tua, et ut meliori
sis animo nihil preiturum iuris nostri. probandamque omnibus nostram innocen-
tiam. Negotium aliud mihi scribendum restare video. quod volo 4
cautissime cum patre generali ac secretissime tractes. Est autem istiusmodi
Abbas sancte helene vir ut nosti bonus, una et abbas sancti zenonis me iam
bis convenerunt, asserentes dominum generalem fratrum sancti marci de flo[ren]tia
concordia, cupere se suaque monasteria nostro ordini adiungere, fierique corpus
unum nobiscum, ea conditione ut hic florentie in monasterio sancti marci con-
stituerentur viri religiosi qui servarent ibi clausuram perpetuam more
nostro, regulamque sancti benedicti. Ea enim ratione facillime inducendos
cives ac parochianos ut suum et quidem libentissime assensum preberent.
Respondimus nos nulla ratione assentiri velle, ut ex nostro monasterio monachi
eo mitterentur, nolentes ex reformatione alterius incerta, nostri monasterii
desolationem haud dubiam sequi. Adhec illi hortati sunt ut ista patri
generali scriberemus, aut certe tibi ut cum illo ista conferres. curaturos
illum ut ex venetiis aliqui monachi adducerentur. Quod facio hortorque
ut secrete ista secum tractes, nobisque quid sibi tibique visum fuerit
statim rescribas. Sequeretur enim quidem honor ordinis nostri atque amplifi-
catio. sed heu quotus quisque reperiri potest qui regulariter vivere velit.

Dolendum est existimo, sed eo res deducta est. atque id propheticum ue-
rissime hic aptari poterit, multiplicasti gentem et non magnificasti
letitiam. Quid enim absurdius, quid periculosius: quam semen nequam filiosque
sceleratos augeri atque indies multiplicari. Potens est tamen deus de
lapidibus suscitare filios habrae, modo ipsi uelint, modo non ne-
5 gligant uocantem gratiam. Sed hec per excessum. Scribas ut dixi di-
ligenter omnia, et de illis patribus instutatoribus quid sperandum, quid
expectandum nobis sit. et de eo negotio quod extremum tetigi
6 quid cum patre statueris. Fratres omnes preter unum priorem bene ualent
expectantque cum auiditate tuum reditum. Ille nescit quo dei iudi-
cio ~~idem~~ idem perseuerat qui solet, tumidus scilicet collo brachijs tibi-
is pedibus, Plurima cotidie adhibentur medicamenta, nihil que
fratres obmittunt diligentie in eo curando ac fouendo, Deus de
illo iuxta sibi placitum disponat ut possit et ipse dicere. bona in
domine uoluntas tua, Paratus sum mori, paratus uiuere, tamen ut ei
placeam cui me probari desidero. Fratres omnes te salutant ac
pro te orant. Saluta patrem G. uitos que illos uenerabiles. Vale in domino
Florentie ex med mon viij. Sept.

225

Vita et Passio SS. Prothi et Iacynthi

et Eugenie versa ab Ambrosio Camald. iuxta Cosmi Vit.

Prolegomena Heriberti Rosweydi in Vitas Patrum fol. XXXVII. ab de Sanctis Vitas.

Septimo consulatu suo comodus imperator direxit philippum illustrem uirum ad egiptum ut et alexandrie prefecturam ageret et omnes potestates que per totam egiptum administrantur eius arbitrio deseruirent. Hic itaque cum uxore sua claudia et duobus filiis auito et sergio, filiaque eugenia, dum ex urbe roma uenisset alexandriam et romana grauitate prefecturam ageret, omnemque prouinciam egipti romanis legibus adordinaret: cunctis quidem magicas artes sectantibus curiositatis finem imposuit. iudeis uero ne nominis quidem appellationem habere permisit. Christianos autem haud procul ab urbe seorsum habitare iussit. Ipse uero philosophorum ~~filius~~ potius amicus quam fautor ydolorum ineptis tamen superstitionibus ac si religiosus cultor instabat, traditioni potius quam rationi obsequens. Eugeniam igitur filiam suam dum liberalibus studiis perfecte imbuisset, ac tam grecis quam latinis erudisset, philosophie impensius dare operam permisit. Erat autem eugenia magno et mirabili ingenio, adeo ut quecumque uel ex auditu solo uel ex lectione percepisset, ex illius memoria numquam laberetur. Erat item pulchra facie et eleganti corpore, sed pulchrior mente et elegantior castitate. Quintodecimo autem etatis sue anno, cum eam aquilinus aquilini consulis filius uxorem peteret, interroganti an petenti se nobilissimo iuueni et claris orto natalibus assensum

accommodaret: maritus inquit non natalibus sed moribus
insignis eligendus est. Igitur dum aliis atque aliis poscentibus
amore castitatis obsisteret, peruenit ad manus eius pauli
apostoli doctrina, ac virginis thecle hystoria, quam legens
cotidie ubertim flebat: et quia parentibus erat gentilibus, clam
interim cepit esse christiana: Et quoniam ut diximus iussi fuerant
christiani alexandria excedere: rogat parentes ut refrigeran
di gratia permitteretur predia sua in suburbano alexandrie
posita circuire: Cumque statim quod poposcerat obtinuisset
et ex urbe ad villam properaret: ita ut erat in basterna: pa
uli apostoli doctrinam qua virginem theclam instituerat re
legebat: atque ad eunuchos pueros suos protum et hya
cinthum. Scio vos mecum tres eruditos: et digna simul
hominum et indigna legimus gesta. Phylosophorum quoque
silogismos vano labore constructos studio scrupulosissimo
transegimus. Aristotelis argumenta: platonis ydeas et socra
tis monita, et stoycorum et epicureorum ac reliquorum sectas
diligenter sane discussimus. Denique quicquid cantat poeta. quicquid
orator invenit: quicquid philosophus excogitavit hac unica
et saluberrima doctrina excluditur et reprobatur. Cumque
ista et his similia loquerentur ad invicem, repente audiunt
christianorum voces festive psallentium atque dicentium. Confu
dantur omnes qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simu
lachris suis. Quoniam omnes dii gentium demonia. dominus autem
celos fecit. Hec audiens eugenia iussit stare basternam

atq̃ uerborum sensum totis animę sinibꝫ hauriens. cum di-
utius eor consideratione tacuisset dicit heunuchis suis. Con
siderate queso uim carminum & animaduertetis inquãto
hactenus errore uersati sumus. Si igr̃ pire nolumus. ced
dere necesse ē. & eam fidem apprehendere que certissima
& saluberrima ē. queq̃ se nobis undiq̃ apit. Agamus itaq̃
quod prudent agendum, & quo ordine adhuc religionis
archana puenire possimus diligenti inquisitione tractez
Cumq̃ interloquendum amor xpiane religionis incresce-
ret. smo mutuę exhortationis oritur. apostolus legitur. pro-
pheta laudatur. fit concordia fidei. & qua arte adpenetra-
lia diuine sapientie absq̃ sui sepatione pueniant consilio
ardenti diffinitur. Audio inquit eugenia helenum epm̃ ho-
minem scm̃ ee, cuius est habitaculum istud, inquo die ac no-
cte diuinis hymnis & laudibꝫ uacant. Nos qq̃ quotiens hic
transimus eos psallentes audimus. Hic igr̃ helenus xanor
eps, uariis ecclię suę curis occupatus dr̃. his aũt qui diui-
nis laudibus uacant theodor quendaz ppositũ constituit
dequo tanta narrant mirabilia, ut cecis uisũ oroibꝫ red
dat. demones pellat. infirmantibꝫ sanitatez restituat. Ad
eum sane locum inquo ingit audiunt deo suo canẽ, nullã
ut audio patiuntur uenire mulierum. Hoc ego consideras
tonderi anobis decno, ut nocturno itinẽ peos nobis trãsit fiat.

Vobis igitur iuxta basternam dextra leuaque obambulantibus ac
ceteris precedentibus occulte deponar a uobis, tresque simul ad predictum
locum uirili habitu et animo properabimus. Placuit omnibus consilium
et sequenti nocte ut instituerant peragunt omnia. Tantam uero gratiam
dominus ipse credentibus obtulit, ut eadem hora qua monasterio
appropinquarant sanctissimus superueniret helenus episcopus. et quoniam
mos erat omnibus per egyptum monachis ut quotiens episcopus circuiret monasteria
multitudines hunc psallentium prosequerentur. adueniente sancto
heleno sequebatur eum maxima multitudo uirorum psallentium
ac dicentium Via iustorum recta facta est: semite credentium pro-
spere sunt. Audiens hec eugenia dixit ad socios suos. Considerate
queso uerborum uim, et uidebitis quod nos respicit quicquid modula-
tis uocibus cantant. Iam cum de deo uero nobis sermo esset, audiuimus
eos psallentes ac dicentes. Confundantur omnes qui adorant sculpti-
lia et gloriantur in symulachris suis. quoniam omnes dii gentium demo-
nia: dominus autem celos fecit. nunc quoque uerum ut accipientibus nobis
per quod ab ydolorum cultura discedimus et ad agnitionem christiane
fidei uenire satagimus: ecce tam numerosa uirorum multitudo
nobis occurrit unanimiter psallentium atque dicentium. Via iustorum
recta facta est: semite credentium prospere sunt. Interrogemus
itaque quo pergit hec multitudo, et si ad monasterium pergunt quo
uere instituimus iungamur eisdem: et quasi ex eis simus, cum
illis una ingrediamur donec assequi quod cupimus possimus. Cumque
psallentibus appropinquassent, interrogant quisnam esset senior
qui in medio populi asello ueheretur: precedentibus aliis, aliisque sub-
sequentibus. Dictumque est illis a quibusdam christianis ipsum esse sanctissi-
mum episcopum helenum: ab ipsis cunabulis christianum: qui cum adhuc pu-
er esset in monasterio tanta sanctitatis gratia ornatus erat, ut sepe cum ignem
a uicinis monasteriis petere missus fuisset, ardentes prunas uesti-
mento ferret illeso. Et quid opus est antiqua illius gesta repetere?
Ante non multum temporis aduenit huc magus quidam Zereas nomine
qui astu et arte uerborum populum dei seducere ac peruertere moliebatur.

aſſerens hunc falſum eē epm̄ / ſe aūt a xp̄o miſſum fuiſſe. Porro
hic erat verſutiſſimus / & deſcriptuřas diuinis populo id pſuadē
nitebatur. Congregata uō omnis xp̄ianorum multitudo / acceſſit
ad hunc quem uidetis prem nrum & dixerunt ei. Audiuimus ze
ream dicentem ſe a xp̄o miſſum eē ad docendum populū. Conſtitue
igr̄ diem / quo ut eum ſocium accipias / uel ſi potes falſa illū dixiſ-
ſe conuincas. Protinus igitur ut petierant: ſtatuitur dies huiꝰ
diſceptationis / ac locus in medio heliopoleos. Die igitur ſtatuta
affuit Zereas inſtructus arte uerboꝝ: Affuit & beatiſſimus he
lenus ordīe comitatus. Cum aūt ſalutaſſꝫ populum dixit. Hunc
manifeſtabitur ſp̄s qui ex deo ē: Conuerſusqꝫ ad Zeream cepit
ingentem uerborum hrc conflictum. Quē̄ uō ualde aſtutus eēt
& in dicendo promptiſſimus / nꝫ eum uerbis concludē ualebat ui
dens populum in uehementꝰ ledi: qꝛ Zereas qᵘ ſupior uerbis era
deret: breue fieri ſilentium petijt: atqꝫ ad populum Pauli apli
monitis in hac re modis omnibꝫ ac geſtendum ē. Qui ſcribens ad
timotheum diſcipulum ſuū admonet dicens. Noli uerbis conten
dere in nichilum eīꝫ utile ē / niſi in ſubuerſionē audientiū. et
ne hoc teſtimoniū non quaſi cauti: ſꝫ ut timidi protuliſſe uideamꝰ:
accendatur ignis in medio ciuitatis: ingrediamurqꝫ ambo arden
tem flammam: & qui ex nobis incendium inuiolatus effugerit
eum a xp̄o miſſum ueraciter credite. Placuit omnibꝫ hec ſententia
continuoqꝫ flamma ingens accenſa ē: Tunc beatus helenus ze
ream ingredi iubet. Ad quem ille / tu inquit prior ingredere qui hᵒ
propoſuiſti certamen. Sanctus uō helenus ſigno crucis frontē mu
niens / expanſis in celum manibus cum lacrimis orauit dicens.
Dn̄e yhu xp̄e fili dei uiui q in camino ignis cum tribus pueris
quartus apparuiſti / tu noſti qꝛ nullo inanis glorie appetitu ſꝫ
ſola populi tui ſalute / cuiꝰ me paſtorem & magiſtrū fieri dig̃
tus es huiꝰmoi certamē inijui. ecce eīꝫ diabolus pluiꝰ hoīs mini
ſterium populū tuū auia recta puertē atqꝫ in morte pcipitare
conatur. Huiꝰ itaqꝫ rei gr̄a ꝯſtanꝰ hanc ingredior flāmā. Cūqꝫ
in medio ignis una hora pſtitiſſꝫ / inde ita illeſus exiuit: ut ne

unus quidem ex capillis eius flamma fuisset exustus. Vestimenta quoque eius in nullo lesa sunt: sed talis perseverabat qualis antea fuerat. nisi quod gloria illi quedam ac dignitas maior accessisse videbatur. Tunc Zaream quoque ut ingrederetur hortari cepit. Quod ille omnino refugiens reluctabatur. Turbe autem invitum illum in ignem miserunt. Quem continuo flamma circumdans exurere cepit. Beatus vero helenus medios flammarum globos ingressus eum semiustum ac fere iam mortuum ignibus eripuit. Populi autem illum cum ignominia ex provincia deturbarunt. Et hunc quem cernitis patrem nostrum sanctissimum quocunque prexerit semper cum hymnis et laudibus comitantur. Audiens hec eugenia ingemuit et provoluta pedibus eius qui ista narraverat dixit. Obsecro te mi domine ut me ad illum adducas cum duobus his fratribus meis. Vana enim simulachrorum culturam respuere et ad verum deum converti cupimus. Verum quia in hoc uno voto consensimus fratresque sumus: illud etiam ab eo postulare volumus ne permittat nos ab invicem disiungi: sed una habitare ac simul esse precipiat. Respondens autem vir ille ait. Modo quiescite donec ad monasterium quo tendimus perveniamus. Ego autem cum oportunum videro: cuncta illi que loquuti estis adnuntiare curabo. Cum vero propinquarent monasterio: exierunt monachi obviam patri hymnum deo canentes ac dicentes. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio populi tui. Ingredientibus vero cum episcopo turbis ingressa est et eugenia una cum protho et hyacintho sola illi viro cum quo loquuta fuerat cognita. Consumatis vero matutinis laudibus requievit modice sanctus episcopus iubens parari iuxta consuetudinem ut post sextam horam divina posset offerre sacramenta. Completis itaque sacris misterijs hora nona expectabatur ut cibum sumeret. Refectione transacta cursus sanctus helenus obdormivit et vidit quod in somnis ad statuam quandam muliebrem se adduci: ut illi immolaret. Ait autem his qui se adduxerant. Permittite me deam vestram alloqui: Dixitque ad illam nosce te ipsam esse creaturam dei: nam te adorari pariaris sed da honorem deo. Illa autem hec audiens de loco descendit in quo fixa fuerat. dixitque ei. Non te dimittam donec

me restituas creatori meo. Expgefactus aut eps & id quod uide
rat secum uoluens mirabatur. cum repente ingressus eutropius
cu quo locuta fuerat eugenia dixit illi. Tres fres unanimiter
uanam ydolorum culturam respuentes. saluatori x dno suire
cupiunt. atq inmero scorum numero aggregari pcario postulant.
Hodie quippe tue beatitudinis uestigia secuti monasterium ingssi
sunt: orantes me cum lacrimis atq obsecrantes ut aspectibz tuis
& doctrina sanctitatis tue instituti atq informari mereantur.
Sanctus uo helenus eos mox introduci adse iussit. Cum aut in
gressi eent tenuit manu eugenii atq ad deum eleuans oculos
Gras t inqt ago dne yhu xpe qm me adhuc rei notitiam pue
nire fecisti. et completa orone seorsum adduxit illos. multuq gra
tissimo interrogabat quinam eent & quid sibi uellent. ac sin
gulorum nota sciscitabatur. Respondens aut eugenia nos igt
ciues romani sumus: unus qz ex his duobus frib; meis ptus:
alius hyacinthus dr: ego aut eugenius uocor. Respondens aut
sanctus helenus dixit. Recte eugeniu te ipm dixisti. Uirilr eni
agis & confortetur cor tuu: pp fidem enim x multa passurus
fortiter/iuste uocaris eugenius. Nam ut scias nos te in spu eu
ueniam puidimus & quomodo huc ueneris & qz hi q tecum sut
duo heunuchi tui sint: dns me ignorare passus non est. Ez &
hoc mihi reuelare dignatus e. qz iocundum sibi habitaculu
intuo corpore pparasti. munus uirginitatis obsuans: psentiaq;
* ac pitura gaudia respuens. Scito igitur te multa pro uirgi
nitate passuram: sz non te deseret ille cui te ipam plena fide &
proposito castitatis obtulisti. Conuersusq; ad protum & hyacin
tum dixit. Incorpore suitutis constituti: animo ppetue dignitate
libtatis assumpsistis. Strenue igitur agite & confortamini: na
& me tacente ipe dns nr yhs xps uobis loquit dicens. Amen
dico uobis no uos iam dicam suos s amicos. Id circo beatos uos
iudico qz consensistis spui sancto & salutaria monita unanimit
suscepistis: atq seculum una in gloria dei supastis: pcepturi

a dn̄o ꝑpetuam ꝓ certaminis labore mercedem. Cum hec dixiſset sanctus ac uenerabilis helenus secrete & absq; arbitris iuxit eam ita ut erat uirili habitu ꝑsistere: nec ante ex mon° discessit q̄ illos sanctificatione baptismatis illuminatos: confirmaret in gratia & amore xp̄i. Tradens q; illos monasterij preposito / & intentissime ꝯmendans: eos simul habitare q° fr̄es n̄z separari abinuicem iussit. Hoc enim ut dcm̄ ē iam tunc inuiotis habuerant. cum p̄mum salubre istud consiliū ꝯceperunt. Beata igit̄ Eugenia in mon° cum duobus eunuchis suis proto & hyacintho uirili habitu & animo ꝑseuerabat. Interea basterna de qua fuerat ab eunuchis suis nullo aduertente deposita: ꝓeuntib; famulis & quod factum fuerat omnino ignorantib; uacua ꝑuenit ad urbem. Quam cum domui propinquare cnerent / exierunt om̄s illi obuiam cum gaudio. Porro uacuā īn repientes int̄rogabant ūbi nā dn̄am suam reliquissent. Qui aut̄ stupore ꝑculsi / quid responderent ignorabant: omnesq; una cū lacrimis & luctu eiulantes clamauerunt. Fit repente tumultus ingens & gemitus ꝑ totam ciuitatem cunctis eā lamentantib;. Quis enim sine summo dolore audire potuiss ꝑfecti filiā amantissimā omnib;q; gratissimam & admirabilem repente ꝑiisse. Erat itaq; ingens omnium tristitia & luctus: parentes lugebant filiam: sorore fr̄es / sui dn̄am / omnes q; habebat incredibilis meroris uis. Fit ꝑ totam egyptū inq̄sitio diligentissima. Int̄rogant̄ auruspices: plurimisq; ac uarijs instāt sacrificijs / ut ubi nā sit eugenia indicare possint. Cum aut̄ diutius quesita fuiss ac minime inuenta / fuit hec una omniū uox. deos illam in celos rapuisse. Credidit factum pr̄ luctumq; in gaudiū ꝯuertens: festis̄ certisq; ꝯuiuijs responsa prosequitur. eamq; inter deos numē ꝯputans statuam eius ex auro purissimo fec̄ / quā nō minori religione ac reuerentia colere q̄ deos ceteros cepit. Mat̄ uō claudia / & fr̄es auitus & s̄ginus nulla omnino ratione ꝯsolari poterant. eamq; sine ulla int̄missione lugebant. Sancta uero

Eugenia ut diximus uirili habitu et summa alacritate cum uiris in
monasterio perseuerabat. Adeo autem studiose sacras litteras meditabatur: ut
intra biennium omnem ferme scripturam diuinam teneret memo
riter. Tanta autem animi lenitate et mansuetudine pollebat ut
omnes eam dicerent unum esse ex angelorum numero. Quis enim quod esset
femina potuisset deprehendere/ quam ita uirtus christi roborabat ac
uirginitatis illustrabat honor ut ipsi quoque uiri difficile eam imita
ri possent. Sermo eius humilis erat. in caritate conditus. mode
ratione perspicuus. tumorem semper et iactantiam fugiens. omnesque
singulari dilectione fouebat: cumque ad orationem conuenirent pri
ma semper omnium ipsa occurrebat. Tristem consolabatur/ letanti in
domino congaudebat: irascentem mitigabat. superbientem lenissimo
sermone frenabat: lenitatis ac mansuetudinis formam se ipsam
iugiter exhibens/ adeo ut ex lupo in ouem repente mutaretur eius
modi hominem iuuaret aspicere. Tantam uero dominus illi gratiam
contulerat: ut si quem et quibuslibet languoribus oppressum uisi
tasset: continuo languor omnis fugaretur. Quibus in rebus protus quoque
et hyacinthus: illi in omnibus aderant comites: atque adiutores. Tertio
autem anno abrenuntiationis sue: cum abbas theodorus uir totius
sanctitatis qui ei monasterio preerat migrasset ad christum placuit omnibus
eugenium abbatem fieri/ ut predicto theodoro in monasterii regimine ipse
succederet. Cumque hoc omnes uotis omnibus poscerent. beata euge
nia metuens id circo quod esset mulier quod canones prohibent uiris. aliqua
diu reluctata est/ rursus uerita ne fratres domini tanta id instan
tia poscentes spreuisse uideretur. hanc ad eos uocem adtulit dicens.
Quotiens christianis aliquid agendum est christi ante omnia uoluntas consu
lenda est/ ne quid preter eius nutum fiat. Vos igitur afferte obsecro
sanctum euangelium. Quod cum fuisset allatum uideamus inquit quid
in hac electione uestra dominus iubeat. ut et uestre iussioni et diuinis pre
ceptis iuxta quod ipse monstrare dignabitur obtemperem. Aperiensque
librum inuenit protinus illud euangelii capitulum. Dixit dominus yhesus

discipulis suis: nescitis q principes gentium dn̄antur eaꝝ / & qui maiores sunt potatem exercent in eos. In nobis aūt non sic erit s; siquis int nos uult ēē p̄mus: sit omnium nouissimus. & siqs inter uos uult ēē maior erit omnium s̄uus. Claudensq librum ait. Ecce p̄ceptis uris obtemperans / regiminis onus subire decreui. & diuinis monitis obaudiens me ipm extremū ac minimū urē caritati euangelica auctoritate constituo. Oritur continuo ex hoc eius consensu incredibile omniū gaudiū. Btā u° eugenia op⁹ omne moniꝰ quod ultimi f̄rꝫ implere ꝯsueuerant sibi asumēs ipa aquas ferre, ipa scopis pauimenta mundare / & siquid erat uilius aut abiectius manibꝫ suis implere satagebat. Deniqꝫ elegit sibi humilem cellulam prope moniꝰ ianuam / ut in nullo ꝯsie eminē uideretur. Diligentissime u° f̄rum refectionē paradaꝫ curans / debitum q psalmodię ordinē impleri studiosissime faciebat. Tertiam / sextam / nonā / uesptinaq p̄cem: similiterq nocturnas ac matutinas orōes: iugiter fieri iubebat cum omī religione ac reuerentia / hoc a singulis diuinę s̄uitutis pensum indesinent exigens: putansq sibi p̄isse siquis uel breue t̄pis momētū a diuinis laudibꝫ abess̄. His aūt atqꝫ h᷒modi opibus intantū deo grata ēat ut et demones ex obsexis corporibꝫ xp̄i grā fugaret. omnesq egritudines orōe curaret. Sꝫ q longū ēēt p singula illi⁹ mores uitam uirtutes q describere: ad ei iam certamina coronasq ueniamus. Matrona quędam erat alexandrię / nobilitate ac diuitijs cetas excellens / melanthia nomine. Hęc audita fama btę eugenię accessit ad eam / quippe quartana febre anno iā integro uexata fuerat. Quā btā eugenia ū sc̄o oleo inunxit / omne ptin⁹ bilis ac pituitę redundantiam euomuit: sanissima q iā ad domū suam quę in suburbano alexandrię erat pedibꝫ reuersa ē / nullo uehiculi adminiculo indigens. Erat aūt domus eius uicina monasterio. Cum aūt reuersa ess̄ domū parauit munera / scyphos argenteos tres / quos implens aureis misit ad s̄cām eugeniam circa

tionis sue gratia. Sancta vero eugenia gratanter ea remisit dicens
et abundamus et superhabundamus omnibus bonis Christi gratia. Quo
circa queso te carissima parens melanthia, ut ista indigentibus
ac necessitatem patientibus tribuas. Hec audiens melanthia con
tristata est, ac per se ipsam accedens orabat eam ut ista reciperet, plura
etiam se daturam spondens. Quod illa omnino facere renuit.
Cepit extunc melanthia frequentius ad monasterium accedere, et beate eu
genie frequenti contubernio: in nullo deprehendens eam esse feminam.
videns quod eius eximiam pulchritudinem, etatisque florem elegan
tia decipitur iuventutis: atque adulescentem arbitrans, sperans esse,
se quod non virtute Christi aut sanctitate aliqua, sed arte potius ab eugenia
fuisse sanatam turpis concupiscentie mucrone confoditur. Exti
mans vero plures pecunias velle. cepit illi multo plura offerre.
orans atque obsecrans ut ea dignaretur accipere. Cum vero hoc illi
persuadere non posset egre ac molestissime ferebat. Cernens
igitur munera que obtulerat abbatem eugenium tanta constantia respui:
ad maiorem declinat insultum, cepitque verbis blandissimis ac
deceptione plenis: secretius et absque arbitris eam alloquens dicens.
Ut quid te ipsum tanto continentie rigore maceras, atque manum
excutias. Florem quoque amittis gratissime iuventutis. Quasi vero deus
eos diligit, qui bona illius ac munera respuunt, hominumque afflictione
ac vexationibus gaudet. Certe ad hoc homines idcirco orationibus va
cant, deumque sibi placare student. ut etatem lete agant, temporalique
iocunditate fruantur. Videmus autem adversari dei munera, atque
ingrate agere: nisi his que ille mortalibus clementer indulsit.
cum voluptate fruamur. Obsecro igitur te ut amoris mei gratia
huic tam inepte superstitioni, tam severe necessitati finem iam tan
dem imponas, gaudiique ac letitie tempora assumas, rerumque omnium
mearum potestatem accipias, non meorum tantum rerum, sed meus quoque sis dominus.
Certe enim claritudo generis mihi summa est, quippe senatoria ex stirpe

ſum genita / & diuitiarum copia affatim ſuppetit: nec te pecca
re ante deum puto / ſi coniux meus fieri digneris: ac leta mecū
u̅ita ducas. Hec & his ſimilia proſequente melanthia: beata eu
genia cupiens illius animam ex diaboli laqueis eripe ſalutaria
illi monita ſtudebat ingerere: oſtendens temporales omnes uolup
tates ꝓ ſeptatoribꝫ interdū. eſſeq; uaniſſimas: ac ſiqn̄ teneri exi
ſtimantur. repente defluere & ſepe momenti unius uoluptatem
e̅t̅ernos anime inferre cruciatus. Atq; ideo carnali ꝯcupiſcentię
minime obtempandum ee̅. Blanditur enim ut ſeuiat: illecebras
ꝓtendit ut capiat / letitiam pollicet̄ ut pimat. Hec & alia ꝓ̄ta
his ſimilia cum b̄ta eugenia ad eam monens loqueretur: melā
thia ut ſurda que dicebantur ꝯtemnens tacebat. obſederat eīꝫ cor
eius fallax deceptio ꝑditionis. Iuxᵒ quod ſcriptum ē / qꝛ in malivo
lam animam nō introibit ſalutaris ſapientia. Cum igᵗ eugenia
niteretur melanthiam ex diaboli laqueis eripe diuinis eam ſcp
turis & ſalutaribꝫ monitis excantans / reuſā eſt interīꝫ domuꝫ.
Cernens aūt ſe fruſtratam ſpe ſua eſſe / nec potuiſſe illiᵘ aīuꝫ ad
amorē ſuū / atq; ad actū nepharium inducē / ſimulat egritudinē
mittensq; orat eugeniam ut ſe uiſitare dignaretur. Uenit igᵗ
uiſitationis gratia / & ingꝛſſa cubiculū iuxta eam ſedit. Melan
thia uō eam protinus impuris complexibꝫ aſtringere / uerbiſq;
procacibꝫ ad nepharium ꝯcubitum cepit hortari. Cumq; impu
dentiam illius impudicoſq; conatus animaduͤtiſſꝫ eugenia / ꝯmo
ta indignitate ſceleris ait ad eam. Recte nomen tuuꝫ uocatū ē
Melanthia. nigredinē enim & obſcuritatē erroris animo ꝯci
piens / magnum inte diabolo h̄itaculū ꝑparaſti. Recede a ſuis
dei: deceptrix ac tenebroſa melanthia. Nos enīꝫ nō ita militaꝫᵘ
habeant tuas opes tui ſimiles dn̄i. Nos quippe optabilius ducīꝫᵘ
cum xᵒ pauperes ee̅ q̄ terrenis opibꝫ affluere. Fugiat a te q ꝓꝑ x̄ō
mendicare delegerit / Non eīꝫ ſalutis tue ē iſta q̄ te inuaſit

infama. Draconis enim habitaculum facta mortiferum uirus ef
fundis. Sed nos per inuocationem xpi nominis, uenena tua fugientes, ancillam
domini suscepimus. et hec dicens abscessit: atque adsum est rursa mon.
Porro melanthia confusionis magnitudinem non ferens. uerensque suos
improbos conatus prodi. nisi ipsa ancillam xpi per ipsa calumniam strai
ceret ingressa alexandriam prefectum adijt. et hoc modo sanctam uirgi
nem accusare cepit clamans ac dicens. Scelestissimum iuuenem in
currj simulantem religionem xpianam. Qui cum ingressus esset ad me
medendi gratia, dicebatur enim mea arte excellere: putans me ex illarum
esse numero quarum impudicitia bacchari consueuit. hortari ad scelus
cepit, impudicis stringens colla complexibus: blanditijsque permul
cens: atque ad uoluptatis alliciens sensum. Ac nisi clamans ancille
mee uocibus eius manus effugissem, barbarico more me sue sub
iugasset libidini. His auditis prefectus nimio furore succensus
milites protinus mittit ad monasterium, ut ferro uinctam sanctam euge
niam ceterosque cum illa fratres ad se perducerent. Ducti sunt autem in
ciuitatem cathenis onerati serui xpi. et quia unus eos carcer capere non
poterat, diuersis custodijs mancipati sunt. Post hec statuitur dies, qua
ex eis alij feris deuorandi tradantur, alij incendio, alij uarijs
supplicijs pereant. Fit commotio magna totius ciuitatis, impudensque
fama totam fere egyptum penetrauit. Omnes credunt. omnes
damnant, cunctis incredibile uidetur melanthiam illustrem feminam
mentiri non posse. Interea uenit dies prefinita: omnesque ex uicinis
regionibus et urbibus conueniunt, ut uideant affligi supplicijs corrup
tores. Ducitur cathenis ac ferro honusta sancta eugenia, et ne
mine sciente quod esset mulier, uarijs populi clamoribus ad suppli
cium positur. Prefectus autem iubet eam suis tribunalibus sisti, uo
lens ex eius ore scire omnem ueritatem rei, paratis iam eculeis: ferisque
et ignibus, ac lictoribus accinctis, uarijsque cruciatuum generibus coram

positis que solent secreta cordis exculpe. Dixit aut philippus
ad sanctam eugeniam voce illa terribili. Dic sceleratissime xpia
norum. hoccine xps ut nos docuit. ut corruptioni ac libidini opa
daretis. pudoremq; illustriu matronaz blanditijs improbis q3 au
sibus captiuare studeretis. Dic igitur impudentissime q te in
uasit audacia ut illustrem feminam melanthiaz sub ptextu me
dicine domu eius ingressus ad turpitudine prouocare psumes.
Hec audiens eugenia inclinato deorsum capite ne poss agnosci
pfecto ita respondit. Dns yhs xps cui ego seruio: castitate sua
re nos docuit. & in corporis integritate durantib; vitaz repmisit
eternaz. Hanc aut falsam testem facile quidem ostedere possu9
s; melius e ut nos proposita nobis supplicia pp deum toleremus.
q ista mali aliqd patiatur. Certe vincet nunc in magnitudo tua
p salutem impatorum q nulla meam supplicia deuoluas, pob
iecta nobis calumnia iniusta. & confestim falsa pscutaz qui
cam. Quod cu suburre iurando pollicitus fuiss pfectus. conuersa
ad melanthia sca eugenia dixit. O melanthia nigredinis ac pfi
die nom. Applicari fecisti eculeos & diuisi gnis q xpianos tormta
pparari. Damna: pcute: incende: bene nos accipis. Non tam tales
ht xps famulos: quales tu ee mentiris. Adduc tam ancilla qua
sceleris mei testem ee dixisti. ut ex eius ore mendaciu possit agnosci.
Que cum adducta ad pfectum fuiss ait: hunc iuuene sepe qde
et viles psonas impudicu fuisse nouimus. & stupris huiuomodi
insignem scimus. Sz ipa nequitie impunitas: adhoc eu pduxit.
ut ingressus ad dnam meam medicine ut assebat gra petulanter
ei illudere uoluerit. & nisi ego ipsa familiam uocassem que & ipa
testis h9 sceleris est dnam meaz vi oppssiss. Tunc pfectus iubet
adesse ex familia plurimos q omnes ancille dca uera ee dixerunt.
Prefectus aut ira cmotus ait. Quid ad hec infauste dicturus

es quem tot lingue arguunt: tantaque teſtimonia reuincunt: tot
indicia manifeſtant. Tum uero ſancta eugenia: tempuſ inquit lo
quendi eſt, quia tacendi tempus pertranſiit. eleuatiſque in celum oculiſ ait.
Scis tu domine deus meus quia cupiebam tacita conſcientia diluere
crimen obiectum: tuoque uel terribili iudicio reſeruare meam quam pu
dicitiam tibi ſoli palam fateor. qui ſolus archana conſideras. Ne
tam glorietur inimicuſ in ſeruiſ ſuiſ qui pro nomine tuo ſanctum continen
tiſſime uiuunt pauciſ expediam quod uerum eſt. non deſiderio hu
mane laudis ſed pro gloria nominis tui qui ſoluſ uerus eſ deuſ. Tanta
enim eſt fidei tue ac dilectioniſ uirtuſ ut et femine uirilem ob
tineant dignitatem. Neque enim ſexuſ diuerſitaſ fidei et diuerſi
tatem operatur. Sicut et beatuſ paulus apoſtolus magiſter et dux omnium chriſtia
norum ait. Quoniam in chriſto ihesu non eſt differentia maſculi et femine. Omnes
enim in corpore unum ſumuſ. Quam ego ſancte uitam feruenti animo aſ
ſumpſi et habens in te fiduciam: nolui eſſe ut mulier: ſed uirginita
tem immaculatam tota animi alacritate et intentione cuſtodienſ ui
riliter in te confidenſ conuerſata ſum. Non enim inimicam honeſta
tiſ ſimulationem aſſumpſi ut uir exiſtenſ feminam ſimularem
ſed femina potiuſ uiriliter agendo: uirum oſtendi. meam quoque tibi uir
ginitatem ſeruaui immaculatam atque ſeruabo. Et hec dicenſ ſcidit
a pectore tunicam et cunctiſ qui aderant apparuit femina. di
xitque ad prefectum. Tu quidem ſecundum carnem pater meuſ es claudia
mater: fratreſ hi duo qui tecum ſedent auituſ et ſergiuſ. Ego enim
ſum filia tua eugenia. que pro chriſti celeſtiſ ſponſi deſiderium: ſeculum
omne cum ſuiſ uoluptatibus contempſi ac nihil exiſtimaui. Ecce
autem et protuſ et hyacinthuſ duo eunuchi mei cum quibus chriſti ſcolam
ingreſſuſ ſum. Tantam enim mihi chriſtus gratiam contulit, ut uictricem
uoluptatum et omniſ ingnationiſ oſtenderet: miſerationibus ſuiſ: cui
credo quia uſque in finem integra atque illibata perdurabo. Agnoſcetes

igitur: pr̄ filiam: ſororē fr̄es: concurrerūt ad eā: et in amplex⁹
illius cum lacrimis ruentes: cum gaudio corā omni populo oſcu
labantur. Nuntiant̄ que facta fuerant claudie matri que filie
deſiderio iam ꝑdem fatigata erat protinus aduolat et in eius
oſcula ruens ab ea diuelli non poterat. Deferṫ continuo ꝑtioſiſ
ſima ueſtis quā inuita ƺ ac renitens eugenia induitur. Oīs
aūt populus ad gaudens clamabat. Bn̄dictus es xp̄e ds̄ uerax
q ſolus mirabilia oparis magna et ſtupenda. Gloria t̄ xp̄e glīa
Sacerdotes uō ecclie cum omni clero qui ſimul cū multitudine
xp̄ianorꝝ et amphitheatrū occulte aderant: ut poſt ſanctorꝝ
necem: ſublatas illorū reliquias ſepulture traderent: ingſſi
ſunt omnes una uoce laudantes deum ac dicentes. Dextera tua
dn̄e glorificata ē in uirtute: dextera manus tua dn̄e ɔfregit
inimicos. Ducitur cum gloria bt̄a eugenia inſigni inuecta
curru: fitqꝫ totius ciuitatis inextimabile gaudium. Ac ne cōis
omnium letitia in ſola probatione uirginitatis conſiſteret: ce
leſtis quoqꝫ protinus uindicta conſeqt̄. Lapſus enim celo ignis me
lanthie corripuit domū: ipſāqꝫ una conflagrauit incendio. Po
pulus aūt uiſo miraculo exultauit cum timore dei. Interea x̄pia
norum ecclia q octo iam annis in dua fuerat clauſaqꝫ apitur.
Reuocatur x̄pianorꝝ populus. philippus ipſe ꝑfectus baptizatū.
cum uxore claudia ac duobus filiis: reſtituunt̄ priuilegia x̄pianis
Baptizatur omnis ꝑfecti familia: multitudoqꝫ infinita genti
lium: relictis erroribus confugit ad dn̄m. Fit ferme tota alexādria
una ecclia. Q̄ toto uō ſtudio: quo ardore an philippus x̄pianę religio
nis acceperit nōmaꝫ ipā rerū ſeries indicio ē. Tunc tpīs ec
cleſiam alexandrinam ꝑſbiteri regebant. eo qꝫ in pſecutionis
feruore eps̄ migrarat ad xp̄m. In hac itaqꝫ tpīs parte: ciuitas
tota ɔſpirat: philippū ſibi epm̄ poſcens: quod licet ille renueret

assensum tamen aliqn̄ p̄buit. Cepitq; sancta ecclia illum hr̄e po
tificem, nq; tamen p̄fecturam agere destitit: quoad eius successor
aduenit. Atq; sub hac occasione omnis ferme egypti regio. abydo
lorum errore addtq; cōuersa ē. Ac pomnes ciuitates ecclię instau
rabantur. Mittit p̄terea philippus relationes ad seuerū de x̄anis
docens eos romanę rei p. multum cōferre: atq; idcirco deb̄ē illos
absq; p̄turbatione aliqua in suis ēē urbibus. Consensit relatiōib;
eius impator. & ex eo iam dignitas x̄ani nominis reflorescere
cepat. Quōm uō sanctitatem semp inimicus insequitur, & aduersus
recte facta diaboli pugnat astutia: quidam ex alexandria no
biles, idolorum insanię addicti, indignantes q x̄ani recepisset
p̄uilegia, romam profecti apud philippum impatorē inuidio
sis uocib; insimulabant, assr̄entes cuncta illū p̄turbasse: & cum
annis nouem magistratum irrep̄hensibilr̄ egerit p̄fecturāq; sū
ma cum laude administrauerit, decimo hoc anno cuncta pdi
disse. Omnē enim prouinciam ad culturam hōis quē iudei peme
runt inclinasse. Nulla nunc aiebant legib; nr̄is habet̄ reuere
tia. Passim singuli prout cuiq; libitū fuerit templa deoz uene
randa ingreditur. nō colendi aut adorandi reuerentia: s; ut cō
uitia in eos ac blasphemias iactent. lapides inanimes ēē nō deos
ac metalla potius esse q̄ numina palam asseuerantes. Hec & his
similia dum seuero & antonino augustis intimata in cōsistorio
fuissent moti impatores h'modi ad philippū decreta misunt. Di
uus parens nr̄ comodus augustus, te nō ut p̄fectū s; ut regē
alexandriam misit, mandans ut quoadiuiueres nullus t̄ intoz
p̄claro magiātu succederet. Quō circa nos q° ip̄ius sniam seqn
tes idem cōstituimus, dum tu diis omnipotentib; meritos honores
offerre nō negligas. Quod si facere cōtempseris, magratus dig̃ta
te deposita, ipsis q; tuis facultatib; cede. Accepto itaq; philippus
augustorum decreto, simulat egritudinē: donec uenditis omib; que
sibi inerant p̄ciū omne p ecclesias singulas & monīa egenosq; di

ſtribueret. Atq; in dei timore et omni religione pfectus plimos ad
ſaluatoris nri yhu xpi notitiam cultumq; pduxit. Paucis post dieb;
aduenit pfectus perennis noie ab imperatorib; missus. Is cu philippu
pimere cupet nec poss eo q illum uniuersa ciuitas toto affectu ai dili-
geret. immisit quosdam qui se xpianos simulantes ipm in ecclia ora-
tem consumatis iam diuinis misterijs, ipo dnice resurrectionis die
gladio pcuterent. cum annu unum et menses tres in pfatu egisset.
Qui aut philippu pcussant comphensi atq; ad pfectu adducti st.
Qui conscius iussionis sue ipos q puniendos in carcere pcepit ad-
duci, quos item post paucos dies absoluit. dicens eos indulgentia pncipu
relaxatos. Btissimus aut philippus postq pcussus fuerat triduo sup-
uixit quo in tempore infirmiores quosq; confirmans, atq; ecclias oes
salutaribus monitis armans: ita in confessione dni nri yhu xpi, emisit
spm. Et q uiuens fugauerat demones, cecisq; restituerat uisu, ac pli-
mis signis alijs claruerat. consumatus scdo martyru choris insitus e.
Prope aut nitriam u sca eugenia monasteriu uirginu edificauerat
ecclam eius nomini construentes, ubi scm ei corpusculu sepellierit.
Quo et in loco coniux eius claudia xenodochio constructo uillas ac
predia, q ad peregrinoru atq; egenoru susceptionem possent sufficere,
eidem assignauit. Bta igitur claudia una cu filijs auito et sergio
scaq; eugenia romam reuersa e. Senatus aut omnis summo cum
honore et gaudio filippi filios excipiens, altum ex his carthagine
proconsulem, altum africe in cariu designauit. Claudia uo et
eugenia diuinis se studijs indies mancipabant. Interea cepit
ad scam eugeniam plime conuenire uirgines nobiles et erudite, q
ex eius ore xpi doctrinam suscipientes ac saluberrimis monitis
acquiescentes, no solum baptizabantur, uerum uirginitate quoq; suam illi de-
uouentes in dei amore ac diuinaru reru studijs quotidie pficiebat.
Ad claudia quoq; ingens matronaru nobiliu confluebat multitudo, que
xpianitatis insignite titulo castissime pseuerabant. sacre religionis
incredibili amore succense. Prothus quoq; et hyacinthus plimos adult-

scentes nobiles ad xpm quotidie saluberrimis monitis: & enar-
ratione rerum gestarum eugenie ptrahebant. Letabatur ecclia
felicibus aucta successibus / hinc uirginum stipata choris inde ma-
tronarum ac uiduarum fecundata multitudine. Interea uirgo
quedam basilla noie / regio gne exorta incredibili ardebat de-
siderio sce uirginis conspectibus atque alloquiis frui / ut ex eius ore
uerbum uite & eterne salutis audiret. Verum qr ut diximus
regio ex gne exorta facile illam adire non poterat / mittens orat
eam ut ad se uenire dignaretur / eamque in xpo fide erudire. Sca
uero eugenia conuocans duos eunuchos suos protum & hyacinthum
ait illis. Accingimini in militiam ad quam uos milites suos xps dns
uocat. Dono enim uos basille offero: ut eam uos salutari doctrina
instituentes dignam xpo dno offeratis ancillam. Peracto igitur munere
suscepit eos basilla suorum loco quos ut apostolos cotidie uenera-
batur. Et qm heunuchos iugiter hñs in ministerio nec diebus nec noctibus
a colloquiis diuinis & oratione cessabat. Cornelius uero btissimus sce
romane ecclie eps ad eam noctu profectus baptizatam xpo flam-
meo consecrauit. Confirmata uero in dei timore basilla tantam gram
a dno promeruit / ut singulis fere noctibus quod multum optauerat
ipsa & bta eugenia mutuo aspectu fruerentur. Viduarum igitur ad
btam claudiam: uirginum uero ad sctam eugeniam confluebat mul-
titudo. Cornelius autem romanus eps: omni die sabbati illucescente
dnica adueniens tota cum illis nocte in laudibus diuinis & orationibus
perseuerabat. & circa gallorum cantum salutarem hostiam offerens easque
celestium mysteriorum participatione confirmans discedebat. Scta
ergo eugenia & basilla ut diximus in xpo se inuicem fruebantur.
totis noctibus diuinis laudibus uacantes. atque alias et celestibus eloquiis
edificantes. Quarum multas per btam eugeniam uirgines / quot item per ba-
sillam sponsas xps dns acquisiuit. Quot beate claudie moni-
tis uiduitatis bonum agnoscentes / ita sexus oblite in fide xpo persiste

bant uirilr: quot item p protum & hyacinthum iuuenes
xpo crediderunt. Erant iam fidelium infinita agmina. Uerum
q2 uirtutes semp inuidia insequitur tantos & tam letos ecclie suc
cessus egre diabolus tulit. Imperantibz demqz ualeriano & galieno
seua gentiliu3 in xpianos repente psecutio exarsit eoqz cyp
rianus carthagine cornelius rome pdicatione sua populu3 adeo
sacrilegis sacris auerterent. & xpianis legibz sociarent. Quobrem
missum e ad presidem chartagine proconsulem ut cyprianu interfi
ceret. Cornelius uo qm a plurimis nobilibz diligebatur atqz in su
mo honore habebatur apud eos delitescebat. Tunc sancta euge
nia basillam uisitans ait ad illam. Reuelauit mi dns maturo te
uirginitatis percepturam pmiu. Ad qua basilla. et mi inqt dns
ondere dignatus est duplici te corona reseruari, una quide qua
alexandrie iustissimis laboribz quesisti: altam qua pro confessione
nominis xpi martyrium passura es. Sca uo eugenia expansis
in celum manibz orauit dicens. Dne yhu xpe fili dei altissimi
qui pp salutem nram ex uirgine matre nasci dignatus es: ipe
pro uirginitatis brauium oms quas mihi credidisti agnas dirige
in gliam regni tui. Cunctis uero uirginibz in unu congregatis cum
basilla & eugenia, ita eas cepit alloqui sca eugenia. Ecce tps
uindemie aduenit, quo botri colligendi pedibzqz conculcandi
sunt. & regiis celestibzqz conuiuiis miscendi. Nam sine uue
sanguine nulla potas regia nulla senatoria dignitas ornatur.
Uos igr palmites mei & meorum uiscerum botri parati estote in
dno. Uirginitas eni regina uirtutu e, uirginitas angelis equales
efficit. Uirginitas eterne uite soror e, felicitatis auctor, dna
gaudii: uirtutis atqz honoris dux, corona fidei, spei arra, ca
ritatis certum argumentu3. Nihil igr ita nobis optandu, nihil
ita expetendu est: qm aut cum uirginitate uiuere, uel certe, qd
longe dignius ac gloriosius e, p uirginitate mori. Nihil sane

ſunt blanditie inaneſ ſeculi que momentanee cum gaudio aduem-
enteſ eterni doloris aculeos infigunt. temporalem riſum induunt.
ut ſempiternis gemitibus tradant. mentiuntur florum gratiam: ut
marceſcere inſempiternum faciant: fallacem ſecuritatem pollicentur
ut adcruciatus perpetuos mittant. Itaque dilectiſſime uirgines mee
que meum hactenus ſtrenue pro uirginitate dimicaſtis. perſiſtite
indilectione xpi. proſequimini ardentius quod cepiſtis. celeſtis uite in-
ſtitutum & partibus maiora ſemper addite. & flere adpresens tolerate
ut ſine luctu & merore ineternum ſitis. ego enim iam uos
commendo ſpiritui ſancto. cui credo quod in integras omnes uos immaculataſque
reſtituet inregno xpi. Nolite amplius faciem meam carnalem querere.
ſed exempla potius & actus imitamini. et hec dicens oſculata eſt uniu-
ſas. flenteſque complexu ſuo dimittens bono animo eſſe hortabatur.
Salutanteſ uero ſe inuicem baſilla & eugenia atque orantes abin-
uicem diſceſſerunt. Ipſa autem die profecta eſt una ex ancillis ba-
ſille ad pompeium ſponſum illius dixitque illi. Ex quo deſponſaſti
tibi baſillam dominam nostram ex iuſſione auguſtorum ſextus iam fluxit
annus. quam ideo accipere diſtuliſti quod pro etate inhabilis eſſet matri-
monio. Scito igitur huius auunculum helenum xpianum eſſe. ipſamque abeu-
genia xpianam effectam: nequaquam tibi ultra nupturam. Nam duos
eunuchos ſuos protum & hyacinthum idcirco illi dono dedit
ut eam xpianam facerent. quos domina nostra quaſi deos uenerarur eorumque
ueſtigia non ſecus quam deorum immortalium cottidie exoſculatur. eo quod
quia magice que xpiani callent hi principes eſſe memorentur. His audi-
tis pompeius perexit protinus adiens auunculum helenum. dixitque
ad eum. Intra hos tres dies nuptias celebrare inſtitui. Fac igitur
ut uideam ſponſam meam quam inuicti orbis terrarum domini mihi
matrimonio copulauerunt. Hec audiens helenus & aſtu diaboli
negotium peractum intelligens dixit illi. Quod dum hec infantie gerebat
annos. meum erat illi imperare quippe cuius omni pueritie tempore.

ita curam hui ac si ipse illam genuissem. Si igitur uidere illam cupis hoc in suo erit arbitrio, non ex mea iussione pendebit. His auditis pompeius ira succensus est. Pergens que ad basille domum: & clauso assistens cubiculo ubi ipsa una cum proto & hyacintho sue exortationis magistris hymnos spirituales & preces deo exsoluebat orabat sibi aperiri ianuam ut uideret eam. Ad quem illa hec mandata remisit. Scito nullam mihi prorsus causam seu necessitatem esse uidendi te. Eo responso accepto pompeius abscessit tristis, misitque ad illam matronas plurimas ut ei sponsum suum suscipere persuaderent. Quibus ad se uenientibus & plurimis eam blandisque exhortationibus ut sponsum reciperet impellentibus: sacra uirgo ita respondit. Sapientibus quid expediat omnibus rebus explorandum est. Stulti quippe nec mala a se arcere norunt nec sibi optima consciscere. Sapientes uero ita eligunt quod bonum est ut per id meliora et consequantur. Si igitur bonum est in oculis uestris me terrenum ac mortalem sponsum adsumere, celestemque & immortalem cui me ipsam despondi derelinquere, uos iudicate. Pompeius autem hac in re potius gratuletur & gaudeat quod non hominem pretuli sed deum. cui soli creatori meo me ipsam immaculatam seruare institui. Video enim omnem presentis seculi letitiam repente desinere, & cum ceperit temporales delectationes cum dolore procedunt. et simul ac exorta fuerint uite presentis leta defluunt ac dilabuntur. Ac sicuti in prato florido repente que floruerant cuncta marcescunt, ita & que in hac uita uidentur esse iocunda flore seneo citius deficiunt & exarescunt. Quo circa quibus ex uobis adest sapientia uerba mea diligenter examinent. nec ad meliora tendentem frustra impedire moliantur. sed ipse potius relictis fragilibus & corruptibilibus rebus. salubria consectentur & solida humanaque deserentes spem in deo confidant qui unigenitum filium suum misit in terras, ut notum faceret nobis quod nam uere diligendum sit, ut caritatem inuiolabilem & uerum ac firmissimam ipsius munere consequi possimus. Tunc enim profecto uiuunt qui

tales sunt cum morte vident occumbere. Nemo igitur vestrum putet me ignorare quid diligere debeam. est enim dominus noster yhs xps unigenitus dei uiui filius qui ad nos per virginem veniens, in utero virginis habitauit ut deus, genitus est ut homo adoratur ut rex, baptizatur ut flumina sanctificet, docet ut preceptor, temptatur quia voluit ut insuperabilis uincit, venditur ut seruus, redimit & liberat ut dominus, patitur ut reus ut mortalis occiditur, mortalesque sua morte uiuificat. Soluit vero dampnationem mortis ut deus, dum a mortuis surgit. Ac ne quod ambiguitatis maneret vestigium, cernentibus plurimis testibus est assumptus in celum. Certe enim ipsum in celum assumptum satis fideli testimonio comprobauerunt, qui cecis lumen in ipsius fide reddiderunt, infirmos curauerunt, fugauerunt demones mortuosque suscitarunt. Que omnia idcirco facta sunt, ut nouerimus animas nostras ueraciter adeo diligi, atque ab ipso nimium desiderari, nam & regni sui participes in celo efficit, quos in terris amoris sui uinculis ascriptos nouit. Hec & his similia basilla prosequente omnes ferme matrone dilectioni christi ita applicate sunt ut nulla in parentis vel domum redire consentiret, ac pompeio ne respondere quidem dignarentur. Quo circa inflammatus iracundia pompeius, totius senatus opem implorans accessit querulus ad imperatores cum clamore uociferans & dicens. Consulite romanis urbis piissimi imperatores, nouosque deos quos eugenia secum egypto detulit ex urbe propellite. Multum etiam iam temporis fluxit, ex quo hi qui christiani dicuntur romanam rem publicam perturbant. sacras legum vestrarum sanctiones respuentes, deosque immortales ut simulachra uana execrantes, ac nostra uota prevertentes. Sponsas enim auiicis suis separant atque auellunt dicentes turpe esse uirginem coniugi uiro. Quid ergo facimus piissimi principes. Inventi sunt dii qui vetent procreari filios, & quibus ista persuadebunt, si ultra non nascantur homines. Quibus obsecro & ipsi

imperare poteritis: aut unde vires romane instaurari potuerunt:
unde exercitus & manus bellica illa terribilis gentibus omnibus
reparari. pro quibus victrices dextere vite adversariorum subicient
colla, si dereliquo tollantur matrimonia. Ecce enim iam sponsas
amittimus & silentio iniuriam dissimulamus. Hec & plura his simi
lia illo coram regibus vociferante omnis ei senatus consensit. De
crevit autem galienus basillam aut sponsum accipere, aut gladio pe
rimi: eugeniam vero vel immolare ydolis, vel amarissimis cruciatibus
necari. Denuntiatur basille imperatoris edictum, que alacrior facta
regem seculorum ait se habere sponsum, qui est xps ymbs filius dei vivi. Cum
vero pluribus horis variis eam blanditiis delinire atque emollire
contenderent ꝑsistebat immobilis. Illuc matrone: hinc virgines
inde propinquorum affinium que instabat multitudo. multaque preterea
que facile adulescentulas inclinare solent frustra illam perturbantes
nihil penitus proficiebant. Cum tamen huiusmodi blanditiis ac si ariete
quateretur & multitudine diutius oppugnaretur. flecti iam re
cedere incipiebat, sed in se protinus rediens fortissime denuo restituit
alacritatem firmitatemque propositi virilis in omnibus servans. Quoniam
vero ex regio orta erat genere. nec publice illam puniri fas erat
intra domum suam gaudens gladio cesa martyrio coronatur. Pro
tinus eunuchi illius beatissimi protus & hyacinthus tenti atque
vincula coniecti sunt. Qui dum ad templum ꝑtraherentur: atque
ydolis immolare cogerentur stantibus & deum verum adorantibus
continuo iovis simulachrum cui sacrificare cogebantur: ad illorum pe
des corruit atque contritum est. Sed quoniam illi excecati erant: non divi
na virtute simulachrum corruisse & contritum esse, sed magicis artibus
asseverabant. Itaque nicetius urbis prefectus eos capite truncari
iussit: atque hoc modo sancti xpi martyres pro sacra fide consumati sunt.
Post hec sanctam quoque eugeniam arctari precepit: quam diu devi

magice artis ingreret. magna ad illum constantia dixit. Con-
fiteor egdem xpianam religionem magica omnia supare figmta.
Nam mage nr in celis prem ht sine matre / in terris matre sine
pre. Huius coniux uirgo est. que illi parit cotidie filios. Innu-
merabiles enim ei liberos edidit & quotidie santissimo qui cta
corpori nunq ab illius complexu sepatur. Tanta q3 e utrinq3 ca-
stitas / ut omnis pudicitia omnisq3 sanctitas ex hac illoy castissi-
ma coniunctione oriatur. His auditis nicetius psectus obstupuit.
Sz ne ad aures impatoris pueniret q eius uba libent audiret nil
eam ultra intrrogare uoluit / eamq3 ad diane templu ut ibi sacri-
ficaret pcepit abduci. Stans aut carnifex ait ad illam cu comi-
natione. Parce anime tue / & pulchritudini atq3 ingenuitati eu-
genia deeq3 uenerande diane sacrifica. Sca u eugenia ex-
pansis in celum manib3 orauit dicens. Deus q cordis mei archa-
na cognoscis / q uirginitate mea immaculatam in tua dilectione
custodisti / q dnm nrm yhm xpo filio tuo me desponsare dignatus
es / q sem spm tuu in me regnare iussisti. adesto in ancille tue
ut uideant & confundantur qui adorant sculptilia / qui glo-
riant in simulachris suis. Hec illa orante factus e repente
in eo loco terremotus ingens. & subito fanu illud omne cu idolo
ita terre hiatu absortum e / ut nullu ibi relinqueret ex eo
uestigium / pter aream in quo sca orabat eugenia. Hec aut pcta
sunt in eo spectu om q sancte uirginis certamen expectabant
in loco qui dr licaonius. Populi aute romani uarius erat clamor.
alijs illam insontem / alijs eo magam ee clamantib3. His gptis
psectus / impatori que contigerant omnia pordine retulit.
Impator aute iussit saxum ingens alligari collo eius / & ita
eam in tyberim proici. Quo facto subito saxi uinculu disrup-
tum e / atq3 ipa sup lapidem residens cunctis ea cernentibus
fluuialib3 supnatabat undis. Nec dubiu fuit illu ei int undas

astitisse: qui condam petro in fluctibus ne mergeretur affuerat. Sublatam vero ex aquis iterum in caminum thermarum severianarum illam miserunt. et dum fuisset iniecta protinus ignis omnis extinctus est & thermę refrigeratę sunt. & caminus absortus est. Inde vero sumentes eam tenebroso & horrifico carceri exultantem in dno & hymnum dicentem incluserunt. Ubi viginti continuos dies inclusa sine cibo perstitit. Xpi autem gratia nutriebatur; tantumque illi luminis aderat: ut cum postmodum carcer aperiretur, facies eius lucebat ut solis igneum iubar. Apparuit autem illi salvator in carcere manu que sua panem illi obtulit candidiorem nive & lacte dulciorem: dixitque ad illam. Sume cibum hunc de manu mea. Ego enim sum salvator tuus quem dilexisti tota intentione animi. Percipies autem a me premia multiplicis certaminis ac laboris tui in celestibus regnis eo die quo inter homines mortalis apparui. Et his dictis benedicens dimisit eam. Die autem dominicę nativitatis iussu imperatorum missus est spiculator qui illam in carcere gladio perimeret. Quo facto venientes xpiani & propinqui eius tulerunt sanctum corpus eius & sepellierunt non longe ab urbe in via quę dicitur latina in predio suo in multorum martyrum reliquias pius ipsa condiderat. Mater autem eius claudia flebat ad sepulchrum eius, cui circa medium noctis vigilanti & oranti apparuit beata eugenia induta veste purpurea, & cum illa multitudo virginum, dixitque ad eam. Noli flere mater, sed gaude potius ac letare quia me dns meus in beatorum exultatione & parte constituit, & patrem meum patriarcharum choris inseruit: sed & te ipsam illucescente die dominico in eternam suscipiet vitam. Manda autem duobus filiis tuis: fratribus meis avito & sergio ut servent signaculum fidei ut & ipsi nobiscum eternę beatitudinis participes esse mereantur. Et his dictis facta est repente claritas inextimabilis luminis. Apparuerunt autem & angeli in xpo incedentes,

hymnos que deo concinentes. Claudia uero domum rediens mandauit filijs suis uerba eugenie beatissime. Die uero secundo dominice consumatis diuinis mysterijs orans tradidit spiritum in pace. Quam tollentes filij eius iuxta sanctam eugeniam sororem suam dignissime locarunt. Plurimi que gentilium per illos postmodum conuersi sunt ad dominum nostrum iesum christum. Nam eruditissimi cum essent atque fidei calore succensi, facile religionis false prestigijs reuictis, ueram religionem audientium cordibus inserebant. Ex quo factum est ut cotidie plurimos diaboli laqueis eriperent. et christo domino rationales oues offerrent. Plures autem annos postea uixerunt in timore dei, et ipsi ad eternam uitam migrarunt, glorificantes sanctam et indiuiduam trinitatem, nunc et semper et in secula seculorum Amen.

EXPLICIT PASSIO sanctorum prothi et hyacinthi. et eugenie. deo gratias.

252

I Commentariola D. Ambrosij Generalis Camaldulensis; qui electus fuit Generalis an. 1431. 18. Octobris sub Eugenio 4. f. I. usque ad folium 129. ad an. 1435.

2 Taddei de Viglarana Carmen in laudes Praestantissimi Viri d. Ambrosij supradicti Generalis Camaldulensis. f. 129.

3 Vita S. Martini Epis. a Severo Sulpitio Conscripta. f. 131. usque ad fol. 220.

4 Epistola D. Ambrosij Sacrae Eremi Prioris ad D. Marianum f. 220.

5 Epistola eiusdem ad F. Ioannem de S. Miniate f. 222

6 Vita et Passio Sanctorum Prothi, et Iacynthi, et Eugeniae. f. 225.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

Cart., cc. 135 numerate a penna con vecchia
numerazione per 252 pagine: è ripetuta la
serie 58-75. Una guardia in principio.
26. 6. 1967 rc

Anno dni M. cccc. XXXI presidente aplice sedi Eugenio iiij. Ex
impio & voluntate ipius pontificis captm gnale ordis camaldensis
ut celebraretur edictum est in mon. sce marie de urano prope bri
tonorum xviij octobris die s3 sci luce evangeliste. Ad id captm
congregandum pmissus e Re.mus pr dns Jo. cardinalis sancti petri
ad vincula protector ordinis. Cui lris repetitis. Compulsi sumus
contra morem monij clausuram infringere & lz inviti ac rem
tentes ~~contra~~ ad captm mittere. quippe tris et aplicis convicti sumus.
Missi sumus ego ambrosius tunc subpor nri monij. et silvester
dulcissimus socius meus camerarius nr: cum quo iam. XXX. annos
exegeram in mon. Movimus itaque mon. xj. octobris vespertinam si
naxim agentibus fribus, nequid turbationis ex lacrimis illorum & fle
tibus oriretur: & ipa die venimus ad mon. sci salvij: ubi absente
licet abbate: honorifice & plenissima caritate a fribus suscepti sumus
Sequenti die decimanum: tertia porticum profecti una ibi die
quievimus. Inde xv profecti ad castrum quod carum dr. nocte
ibi requievimus. Incrastinum vero forum livij petentes amne
transire nequivimus. Tanta enim fuerat inundatio & tam pceps
ut operiret pontem atque deijceret. Et cum traijcere ponte datum
non eet ad castrum carum ea ipa die remeavimus. Ubique cum
honore accepti sumus. Pluvia nunquam nos ex quo mon. discessimus
defuit: adeo que invaluit ut brevissimi rivi instar magnorum flu
minum intumescerent, nec tuto transmitti possent: ipaque itinera
in morem torrentium aquis decurrerent. Postera die ad foru livij
reversi fractum pontem utcunque transivimus: duximusque ad
porem cam[illegible]
contendim[illegible]
dinalis ni[illegible]

an. dni 1431. 18.a 8bris Eugenio 4.o Pontifice

Castrum Carum

Forlivium

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS